¶ Salathiel aũt genuit zoroba. Hoc in multis scripturis legit. sed ĩ paralipomenon filij iechonię assir. salathiel. melchiram z phadaia z ꝺ phadaia orti sũt zorobabel z semei. Sz tradũt hebrei trinomiũ fuisse assir. salathiel melchirã z phadaia. Vel salathiel et phadaia frẽs filios q̃s genuerũt uterq; suũ uocauit zorobabel. Cum de isto dicat euangelista abiud genitũ. paralip. dicit q; zorobabel mosollã genuit z reliq̃s int' q̃s abiud non numeratur. Sed multa uicio scriptoꝛ in paralip. depranata sunt. unde multę z interminatę genealogię inueniuntur quas iubet apostolus uitari.

¶ Zorobabel. Magister babylonis. i. confusionis. Illi conuenit qui mundum ab errore ydolatrię ad uiam ueritatis reuocauit.

¶ Fuerunt uiri studiosi ex iudeis dicti heriles propter propinquitatem generis christi erantq; nazarei. qui ordinem genealogię christi partim memoriter. partim ex libris dierum. partim ab auis et proauis retinentes ꝑm ordinem scripserunt.

¶ Abiud. Jd est. pater meus. Jste christo conuenit de quo dicit. Jpe inuocauit me pater meus es tu. zc.

¶ De abiud usq; ad iosep̃h nulla hystoria inuenitur in paralip. sed annales fuerunt apud hebreos de quibus herodes multos comburi fecit ut confunderetur ordo regię stirpis. z forsitan iosep̃h nomina patrum ibi legerat uel aliquo modo ibi retinuerat per quem euangelista seriem hanc generatõnis posuit. Sed siue hoc siue alio modo euangelistę fuit hęc certa generationis successio.

¶ Eliachim. Dominus resuscitans. Ille qui dicit omnis qui uidet filium z cre. in eũ ha. ui. ęter. z e. r. e. zc.

¶ Azor. Adiut⁹. Ille est qui dicit. Ecce deus adiuuit me do. s. ẽ. a. m.

¶ Sadoch. Justus. i. christus de quo dicitur. Justus dominus z iustitias dilexit.

¶ Achim. Jd est. frater meus iste: Quis alius q̃ ille qui homo fieri uoluit ut posset habere fratres: de quibus diceret: Nunciabo nomen tuum fratribꝰ meis.

¶ Eliud. Jd est. deus meus. Conuenit christo qui dicit: Deus meus

vt ad me dereliquisti?

¶ Eleazar. Id est deus meus adiutor. Ille est qui ex persona hominis dixit: Deus meus sperabo in eū.

¶ Mathan. Donans vel donatus. Ille est qui dedit dona hominib z de quo dicitur. Sic deus dilexit mundum vt filiū suū daret.

¶ Per hos patres christus venit in mundum z oim hoz in se gerebat of ficium. Et dignum est vt per eandem lineam sanctitatis ad eum ascenda mus per quā ad nos descendere est dignat?

¶ Joseph. Apponens .i. christus q iudeis gentes apposuit. qui z pater christi dicitur quem de sua cōiuge natuz adoptiue suscepit. Sed z putatiue pater dicitur.

¶ Joseph. Matthe us dicit ioseph filiuz iacob. z iacob filium mathan. Lucas: ioseph filium hely. z hely filiuz mathat. Sz mathan z mathat deeadez vxore hesta nomine singulos genuerunt. Mathan q̄ persalonem descēdit eā prius duxit. z relicto vno filio iacob obijt: postea mathat q̄ per mathan descēdit de dauid eandem duxit. z genuit hely. sic iacob et hely frēs sunt vterini. Jacob autem vxorem hely fratris sui sine liberis defuncti ad suscitandum semen eius accipiens genuit ioseph natura suum. sed sēm legem hely filium. Qđ dicit filius eius nomine vocari cui suscitatur non est verum: cum hoz eū quez genuit ex ruth non elymelech cui suscitatur: sed oēth vocant.

¶ Virum marie. Quid ad christum generatio ex dauid deducta ad ioseph cum christus non ex semine ioseph: Sed non est consuetudo scripturarum vt ordo mulierum in generationib texatur. et ideo non p mariam sed per ioseph inducit. cum de vna ioseph z maria tribu fuerint. Vñ et eam quasi ppinquā cogebatur accipere: ne triby in aliam se confunderez vnde etiam simul tanq̄ de vna stirpe profitentur in bethleem redire cum singulis in suam ciuitatem.

¶ Exemplo marie liquet fidelib coniugatis seruato pari consensu continentiā posse permanere coniugium q̄ vocari. non permixto corpore eo sexu sed custodito mentis affectu. Vnde z ioseph vir marie dicitur: q̄ coniugium vez est vbi conseruatur amoris affectus. z in maria fructus nuptiarum innenitur.

¶ Omnes itaq̄. Decurso ordine generationis: tandem in fine concludendo euangelista recapitulat sub mystico numero.

¶ Tres distinctiones in generatione christi mystice insinuant fidem sancte trinitatis quā concorditer astruit doctrina legalis z euangelice institutionis. Tres enim trinitatis fidem. quattuor doctrinam euangelicam. decem legis significat institutionem.

¶ In tres thesseredecades diuiditur hec generatio. Prima est ab abraham vsq̄ ad dauid. ita q̄ dauid includatur. Secunda a dauid .i. iuxta dauid a salomone incipit z in priorem iechoniam finitur. Tercia a secundo iechonia in christo terminatur. Ab abrahaz vsq̄ ad dauid z a dauid vsq̄ ad christum. tria in hac distinctione notantur tempora ad christum curzere. Ante legem in quo abraham naturale seruans mandatū. Post legem quam iudei q̄ uaricantes captiuantur. Post gratiam per quā omnes de captiuitate soluuntur. Et in his singulis bis. vij sunt: q̄ grā spūs sancti in homīe geminatur. vt cor z carnem in vnū iungens faciat virūq̄ exultare in deum. Q̄ aūt ter. xiiij. veram significat religionem. Quattuor enī et decez nouum z vetus testamenta indicant. q̄ via ad christum per decem verba legis z quattuor euangelia predicatur. ita tñ vt quicquid ascribitur trinitati quę deus est consecremus. q̄ nulla preceptio implet nisi hic numerus colendi deum teneatur. Vt z hanc viam esse perueniēdi ad christum (qui est nostra terza promissionis) scias: totum numez colligens summaz. z sunt. xlij. quo numero mansionum veri hebrei de egipto ad patriam veniunt. Et bene hoc numeri sacramēto venimus ad patriam: quo christus a patriarcha cui promissus est peruenit ad virginem quasi ad iordanem spūs sancti grā abundantē. Et ideo euangelista numerauit ab abraham quadragintaduas generationes; velut celestis patrie mānsiones

genuit eleazar. Eleazar autem genuit mathan. Mathan autē genuit iacob. Jacob autem genuit Joseph virum Marie de qua natus est Jhesus qui vocat̄ xp̄s.

§ Supplantator vel luctator.

§ Stella maris. § Non de quibus q̄ sine virili coitu de sola virgine nat?

Omnes itaq̄ generatōnes ab abraham vsq̄ ad dauid generationes .xiiij. z a dauid vsq̄ ad trās migrationem babilonis generationes .xiiij. z a transmigratione babilonis vsq̄ ad christuz: generatōes .xiiij. Christi aut̄ genera

† § Per quā dignatus est venire

† Non ait sic facta est q̄ semper apud patrem erat § vt per ioseph de dauid monstraretur.

tō† sic erat. Cum esset desponsata mater Jhesu Maria ioseph: antēq̄ conuenirent inuenta est

§ a ioseph.

§ Ecce illud nouum. Mulier concundabit virūm non aliunde q̄ ex se gignendo. † § de quo ē qui concipitur z generatur. § de potestate nō ex substantia me spiritus dicatur incarnatus.

in vtero habens de spiritu sancto

in fine christum supputans qui est consummatio vite z mansio vite. Ibrahā primū fides ad iusticiā reputatur: qđ est initiū vite ut vite ad requiē Ideo .xlij. q̄ hoc numero presens ecclesie tēpus ostenditur: quo dñs bonis operantib cooperatur. Septies enī seni .xlij. sunt. Sex ad opera. septē ad requiem pertinent. Vnde bene populus ille sub spe intrandi in requiē per septies sex mansiones castra metat̄ in quaz vltima ihesu duce patefacto iordane requiem intrat. Sic noster ihesus quadragesima secunda generatione ab abraham credente. lauacra baptismi et celi ianuas patefecit. Sub eiusd nūeri sacramēto nos cursu virtutuz ad patriam tendimus: duz quotidie prelibando gustu celestium fruimur. z patienter promissum expectamus.

¶ Matthēus in hac vita que quattuor tē poz cursu labit: in q̄ regi nos oportet a christo sēm laborio sam disciplinam qua filios flagellat: q̄ i. x. propter decalogi mā data signatur: p qua dragmarum numerum regem christum venisse testatur. addito binario ppter duo testamēta quib regi nos oportet. Vel duo p̄cepta caritatis in quib tota lex continetur. z complet̄ vetus scriptura. Quappter in generationib matthei que descendendo enumerantur nostro poz signatur susceptio peccatoz. In generationib autem luce que ascendendo vsq̄ ad deum perueniunt cui mundati reconciliant̄ per xpi sacerdotū: intelligit̄ nostro poz abolitio pcōz. Ideo in septuagesio septuno numero tota eius enumeratio completur in cuius mysterio salua tor remittendū esse peccanti dicat. Denarius enim iusticie est nūerus. vt denarius transgressio est denarij: qui septies ductus explicat. lxx vij. in q̄ numero tanq̄ vniuersalis peccati fit plena remissio peccatoz per christum ascēdentib ad deum. Nec est mirandū q̄ lucas plures successiones ponit a dauid vsq̄ ad christum: matthēus pauciores: cum ille ponat alias personas ille alias z ex his forsan alij minus alij pl? nūerāt. Nota nō esse cōsuetudinem scripturaz vt in generationib successionis ordo mulieribus tribuatur. ideo generatio ioseph ordinabiliter ponitur q̄ de eadem tribu de qua z beata maria fuisse cognoscatur.

¶ Christi autem ge. Sine additamento ihesu ponit: vt eum intelligas de quo ppheta: Unxit te deus t. Jhesus qđ substantialr illi conuēit anglo reseruat: vt qui post dicturus est conceptū de spiritusancto nomen ei ppriū ex salutationis officio sublimius declaret.

¶ Sic erat. Sicut dictū est: vt ex ioseph origo marie que est de dauid declareret: z christus non ex eius semine vt deus z homo. per genealogiā homo. per hoc q̄ de virgine. de spiritusancto deus ostenditur. Sic inq̄ erat vt prescripta est. z mox dicetur sicut postea signis et prodigijs manifestatur. vt totus liber deum z hominem natum demonstret qđ est credēdum vt possit intelligi. Sic enī sensus deficit humanus. vbi non est natura sed virtus. qui non credit: non intelligit q̄ virgo peperit: q̄ verbum caro factum est.

¶ Cum esset desponsata. Ox. Ideo desponsata: vt significare ecclesiam que virgo est z sponsa. z vt per ioseph origo marie ostenderet̄ vel vt ioseph esset testis castitatis defendens eam ab infamia suspitionis et ne vt adultera damnaretur. z vt virgo viri solatio sustentaret̄. z vt diabolo partus occultaretur: qui nequit latis dinoscere an ex semine natus sit. an de virgine. z ne virginib esset excusatio infamie q̄ mater christi infamata fuerit.

¶ Desponsatio fiebat per aliq̄t dies añ assiduam cohabitationē: z inter im erat vxor sub custodia viri.

¶ Antēq̄ conuenirent. Non q̄ postea conuenerūt. vt si dicerem? antēq̄ perueniret morte preuentus est.

¶ Non q̄ postea conuenerint: sed oñdit proximum tempus nuptiarum in quo nuptiarum solennia celebrantur.

¶ Inuenta est. Inuenit ioseph in vtero habere: sed non de spūsancto sciebat esse. cum postea vt dubius deliberaret dimittere eam. Apostolus autem hoc addit ne interim subrepat et suspitio lectori.

¶ Quomodo hoc factum sit et quo ordine vel in qua ciuitate christi conceptio sit celebrata hoc prætermissum: a luca exponitur.

¶ Iustus. ℙ Per fidē qua credebat xp̄m de v̄gine nasciturꝝ et voluit se humiliare ante tantam gratiam.

¶ Q̄ iustus erat hoc est testimonium castitatis mariæ: vt qui seruat innocentē iustus dicatur. Sꝫ et pius dum nollet ꝓpalare ex conscientia castitatis iustus ex timore pius. Sciebat illam esse inculpabilē: sed vnde vel quid esset ignorabat et ideo mediaꝫ elegit viam effugiendi: vt neqꝫ innocentē ꝓderet neqꝫ rei incognitę consentiendo se reum faceret coram deo

¶ Vera virtus est cuꝫ nec pietas sine iustitia: nec sine pietate iustitia: quę separatę abinuicem dilabunt

¶ Et nollet eam tra. Quam despon sauerat in coniugiuꝫ ducere: ne videret qđ ignorabat celare vel traducere ad pœnam in qua nouerat ñ esse infamiā qꝫ sciebat se eaꝫ virginē accepisse ꝛ intactam seruasse

¶ Hęc aūt eo cogor. Dic docemur diu deliberandum esse in incertis ne pecceꝫ temeritate leuitatis.

¶ Ecce angelus domini. Quia sic pie cogitat consolari meretur: ꝛ cōsiliū suū meliori cōsilio mutat

¶ Fili dauid. Recognosce quod promissuꝫ est domui dauid ꝺ qua tu es ꝛ maria ꝛ videlīpletū in ea

¶ Noli timere. Quis tm̄ sit ist̄um credis et ne timeas pro reatu: sed amplectere caritatis intuitu

¶ Cōiugem. Coniunx erat non concubitu sed affectu non coniunctione corporis sed copulatione animoꝝ.

¶ Nota coniugem dici a prima fide desponsationis. Igitur dispensationis est si quis permittitur aliam ducere post sacramentum sponsionis ꝛ nunqꝫ debitum soluere possit.

¶ Bene ioseph vir ꝛ maria coniunx dicitur: cum in eo seruatur affectus amoris quod est verum coniugium ꝛ in ea sine coitu est fructus nuptiaꝝ.

¶ In ea natum. De ea nasci est in lucem produci. In ea vero nasca ē cōcipi vel p̄ p̄scientiā angeli quā hꝫ ex deo cui futurū q̄si p̄teritū natū dī

¶ De spiritu sancto. Spiritus sanctus dicitur deus ꝛ donum dei et caritas ꝛ sola caritas cum incarnari fecit.

¶ Pariet. Ne videretur ioseph non esse necessarius ei subdit pariet ꝛ ita eris necessarius procurationi.

¶ Vocabis. Idem dicit isti quod prędixerat mariæ: vt promissum saluatorē iā venisse tā viris q̄ fēis repñtet ex voce. Ipse enī nomē interp̄tat

¶ Hoc autem totum. Q̄ ꝓpinquo est desponsata qꝫ inuenta est in vtero habēs qꝫ pepit virgo qꝫ ihesus vocatus est qꝫ saluat. Hoc enī ait euangelista quando iam omnia impleta erant.

¶ Vt adimpleretur. ℙ Prophetia signum est p̄scientię dei: qꝫ quod dicit certum est a deo p̄sciri ꝛ ideo ab homine debet timeri. Nullum autem signum quod designat efficit: sed tm̄ signat quod ostendit sic ꝓphetia non necessitatem coꝝ facit quę prędicit: sed signum est p̄scientię dei.

¶ Die. Non est necessitas rerum ex eloquio ꝓphetaꝝ sed sola exhibitio veritatis. ℙ Prophetia non facit necessitatem eoꝝ quę dicit: sed signum est p̄scientię dei. ℙ Prophetia alia est ex predestinatione dei quam necesse ē omnibus modis euenire vt sine nostro impleatur arbitrio vt hęc de qua hic agitur. Alia est ex p̄scientia dei cui nostrum admiscetur arbitrium. Alia est quę comminatio dicitur: quę fit ob signum animaduersionis diuinę vt fugiant a facie arcus electi ꝛ iuste pereant incauti ꝛ non ex p̄sciētia qꝫ longe aliter scitur q̄ futuraꝝ comminetur.

¶ Ecce virgo. Admiratur ꝓpheta ysaias ꝛ quasi omnes de somno suscitans ait Ecce virgo in vtero habebit spū̄ sancto p̄sens erat quod in tempore nondum erat.

¶ Ecce v̄go ⁊c. Dicūt iudei qꝫ ñ ē h̄ nomē integritatis sꝫ ętatis puella. Sꝫ qđ tē est signū: Sēd ysaię sequtur ñ v̄ba: p cōcipiet ponit in vō habebit ꝛ vocabūt ꝓvocabis vel vocabitur.

¶ Emanuel. ℙ Pro p̄ū est xp̄i vt ihesus: quia cum his q̄s saluat semper adiuuando perseuerat.

¶ Tribus de causis de veteri testamento astruit ea quę ponit ī euangelio. ℙ Pro testificatione: vt habeat testimonium a lege ꝛ ꝓphetis. ℙ Pro confirmatione fidei: qꝫ facilius credimus cū videmus impleta q̄ fūt prędicta. ℙ Pro coniunctione noui ꝛ veteris testamenti.

¶ Exurgens B. Mor. Quisquis a deo monetur: soluat moras. surgat a somno. faciat quod iubetur.

¶ Fecit sicut præcepit. ℙ Perfecta obediētia. Fecit non tantuꝫ qđ p̄cepit angelus: sed etiam sicut p̄cepit

¶ Exhibitione seruitutis ꝛ affectu amoris obediēs recte dicitur fecisse sicut p̄cepit ei angelus.

¶ Angelus do. Non relinquit mētiendi locus: vbi officium angeloꝝ celebratur.

¶ Et accepit coniugem suam. Ad vitandam virginis infamiam ad celandū saluatoris aduentum ad necessariū pueri nascentis obsequm

¶ Donec peperit. Non qꝫ post quod magis constat cum multis modis cognouit deum esse qui natus est.

¶ Non qꝫ postea cognouerit: sed ponitur donec ꝓ et vel ꝓ ętern̄o vt donec p uni tu sca pe tu

¶ Dicit qꝫ ioseph mariā facie ad faciē videre nō poterat quam spūs sanctus a cōceptōne implenerat penitus. Et ideo nō cognoscebat facie ad faciem quā desponsauerat: donec vterus euacuaret de quo h̄ non agitur

¶ Primogenitū. ℙ Primogenitū dī oē qđ aperit vuluā siue aliud sequtur siue ñ. Vl primogenit⁹ inter oēs electos p grām. ℙ Proprie aūt vnigenitus dei patris vel mariæ dicitur. C. .II.

¶ Cum ergo natus. Quamuis matthęus natiuitatem prętermittat tamen aduentum imagoꝝ referens breuiter eam commemorat sic dicens: Cum ergo ⁊c.

¶ Quattuor hic ponūtur a ꝓphis roborata natiuitas nomē locꝰ ꝛ tp̄s

¶ De natiuitate domini in bethleem matthęus et lucas consentiunt: sed quomodo et qua occasione ad eam venerint Joseph et maria lucas exponit: matthęus prętexit: sicut et cętera vsq; ad circumcisionem sicut ecōtra de aduentu magoꝝ lucas tacet: ꝛ matthęus exponit:

¶ Bethleem iudę. Ad differentiam illius quę est in galylea in tribu zabulon. Duę enim sunt bethleem

¶ Bethleem prius dicta est effrata. Bethleem domus panis: qꝫ ibi nasciturus erat panis viuus qui de cęlo descendit qui ponitur in præsepio

§ Sponsus.

Joseph autem vir eius cum esset

↑ § Pro traducere greci habent propalare.

iustus: et nollet eā ↑traducere: vo

† § Ne si palam esset vt adultera puniretur.

¦ § Ne si retineret nesciens euentum rei q cōscius esset peccati ↑ § vt occulte dimitteret.

luit †occulte ¦dimittere eaꝫ ↑. Hęc

§ Non deluſor

autem eo cogitante ecce angelus

† Non manifesta visione: quia dubietate animi premebatur velut somno infidelitatis

¦ § Ne vlterius premeret dubietas quę commendabat equitas.

domini ī ¦somnis ¦apparuit ei di

§ familiarem ꝛ notum ostendit: cuius nomen ꝛ genus dicit.

cens: Joseph fili dauid noli time

† § ℔m preceptum legis nominatam

re accipere mariam †coniugem tu

↑ § Et ne suspiceris q ꝺ alio sit: Q enī ex ea ē

¦ § Jam conceptum

am ↑. Quod enim in ea ¦natuꝫ est

de spiritu sancto ē. Pariet aūt filī

† § Non impones quod ab eterno impositū ē

§ Saluatorem.

um ꝛ †vocabis nomē eius ↑ihesū.

§ Subdit cām nominis ¦§ qđ solius dei est.

§ Quos predestinauit

Ipse enim ¦saluū faciet †populuꝫ

↑ Que ex eis sunt. ¦ § Hoc quod narrat testimonio prophetico certius facit.

suuꝫ a ↑peccatis eoꝝ ¦. Hoc autē

totum factum est vt adimpleret

† § ysaiam

quod dictū est a domino per ↑pro

¦ Quasi ex substantia sue carnis non aliunde tanq̄ per coitum viri.

phetā dicentē: Ecce virgo in ¦vte

¦ § vel vocabunt primo angeli psallentes in de apostoli predicantes vel alii credentes.

ro habebit: ꝛ pariet filiū. ꝛ ¦vocabitur nomē eius emanuel quod

† § verbum caro factum est et ha in no-

§ Nobiscum ī in homine deus.

est interpretatū †nobiscum deus.

§ dubietatis.

Exurgens autem ioseph a somno

§ Non malignus.

fecit sicut precepit ei angelus dñi

§ propter predictas causas † § ad opus coniugale. § propter secreta que didicerat.

Et accepit coniugem suaꝫ ↑. Et nō

cognoscebat eā donec peperit filī

¦ § ī substantie sue † § ante quem nullus nec post quem alius. ↑ § die octauo quo fiebat circūcisio et nomen imponebatur.

um ¦suuꝫ †primogenituꝫ et ↑voca

uit nomen eius Jhesum.

C. .II.

§ Ecce nativitas cum esset na.

Cum ergo na

§ Nomen § Locus.

tus esset ihesus ī bethleē

vt irrationabiles pastos faciat socios angelor. Significat autem ecclesi
am que est domus in qua panis vinus comeditur.

¶ In diebus herodis. Hoc non ponit tm pro tempore: sed vt vi
deatur impletum. Non deficiet princeps de iuda ꝛc.

¶ In diebus herodis regis. Finito scilicet regno iudeor. quando iam
herodes alienigena in gente iudeorum regnum sibi occupauerat: imple
ta prophetia que dicit: Cum venerit sanctus sanctorum cessabit vnctio
vestra.

¶ Ecce magi. Ma
gi n malefici: sed phy
losophi chaldeorum
qui de singulis phy
losophantur. Et fue
runt vt dicatur de ge
nere balaam. ꝛ succes
sores doctrinaꝫ eius
In illis fides gentiu
vt primitie deo cōse
cratur. Hi predicāt
natiuitatez locum ne
sciunt. Iudei locum
insinuant: tepus ad
uentus non cogno
scunt.

¶ Venerunt magi
non post annum: qz
tunc non inueniretur
in presepio: sed in e
gypto. sed. xiij. die.
Fuerunt autē de ter
ra persarum vbi ꝛ sa
ba fluuius a quo re
gio nominatur. iuxta
quam ꝛ arabia ē. vbi
magi fuerunt reges.
Qui ꝛsi tria mu
nera obtulisse di
cuntur: non ideo non
plures qz tres fuisse
probantur, sed vt per
eos gētes que ex tri
bꝰ filiis noe nati sunt
vēture ad fidem ꝓfigurent. vel tot fuerūt principes q̄ multos duxerunt in
suo comitatu

¶ Idem magi apud hierosolimam precipue natum regem quesierunt: quia
per balaam de israel nascitur audierunt. Noua enim stella nouum ho
minem indicabat. Stella christi quem sequi debemus: qui nisi in cordib
oriatur rex iudeor in oriente non queritur

¶ Vbi est qui natus ꝛc. Confusio iudeor est vbi christi natiuitatē
a gentib discunt. ꝛ si non credunt: inexcusabiles sunt

¶ Vidimus eni stellam. Je. Hec stella dūice natiuitatis nuncia
nunqz prius apparuit: sed eam tunc puer creauit. ꝛ magis pecuiam depu
tauit: que mox peracto officio esse desijt.

¶ Christum nōdū loquentem muta stella predicat. postea loquētem lo
quentes apostoli nunciauerunt.

¶ Judeis tanqz rōne vtentib substantia rōnalis. i. angelus ortum chri
sti nunciauit. Magos vero primitias gentiū nondum rōne vtentiuz irra
tionalis. i. stella perduxit.

¶ Pastoribz angeli. magi stella. vtrisqz tn loquitur lingz celoz: qz iā ces
sabat lingua prophetarum

¶ Vtrum stella orta sit in oriente. an ipsi ibi positi natam ad occidentem
viderint ambiguū est. Potuit enim nasci in oriente ꝛ eos in hierusalem
perducere. Sed dum humanum quasi ex lege quesierunt auxilium. diuino
deseruntur. Per stellam intellexerunt cum in iudea natum. ꝛ ideo hieru
salem veniunt. vbi locum discentes tunc aggressi iter primum hūt stellaz
pecuiam quā recognoscunt

¶ Alleg. Stella est illuminatio fidei que ad christum ducit. Dum di
cuntur ad iudeos eam amittunt: qz dū a malis consiliū quesierunt. veram
illuminationem perdunt.

¶ Audiens autem herodes. Rex dicitur: vt ex collatione eiꝰ qui
queritur hic intelligatur extraneus: qz iam defecerat proprius.

¶ Audiens aūt herodes aliuz regem iudeoz qz se queri. volebat enī cum
eet alienigena legiꝭ rex videri. ꝛ iō codicel qbz genealogia texit cremauit

¶ Turbatus. Vel qz exicium regni sui timet. vel propter iram roma
noz si hoc pateret: q̄ decreuerāt ne quis rex vel dns sine coz cōsilio diceret
¶ Nato rege celi rex terre turbatus est: qz nimirum terrena altitudo con
funditur cum celestis celsitudo predicatur.

¶ Cum illo. Propter fauorem: qz sepe populus plus eis iniuste faue
quos crudeles sustinet. Vnde salomon. Rex iniustus oēs ministros im
pios habet.

¶ Et congregās omnes principes sacer. Nota diligē
tiam inquirentis: vt
si inuenerit faciat qd
post se velle ostendit.
sin autē: excusatus sit
romanis. Explora
bat etiā si rex coz tri
stes vl lętos faciat in
deos.

¶ Vbi christus.
A iudeis querit locū
a magis tempus: vt
de vtroqz fiat certus

¶ In bethleem
iudę ꝛc. Locum na
tiuitatis exprimunt
quem testimonio scri
pturę didicerunt: vt
ipsa coz scientia illis
fieret ad testimoniuz
damnationis: nobis
ad adiutoziuz fidei.

¶ Et hoc patet qz n
ex ignorantia: sed ex
cordis duricia crede
re noluerunt.

¶ Et tu bethleem
Hoc sic ponit vt ab
eis dictum est. quia
ꝛsi non verba: verita
tem sensus quodam
modo ponunt.

† ¶ Ad tribum iude pertinebat.
et tu bethleē terra† iuda: nequaqz
† ¶ In hebreo in milibus. ¶ Arguuntur scri
be oblationis qz non ipsis verbis prophete vsi
sunt.
minima es in† principibus iuda.
ex te enim exiet dux qui regat po
pulum meum israel. Tunc hero
des clam vocatis magis: diligen
† ¶ qz locum didicerat: quando nasceretur ex
ploat.
ter didicit ab eis† tempus stelle
que apparuit eis. Et mittens eos
† ¶ Cognito loco et tempore restat cognitio
persone.
in bethleem dixit†. Jte et interro
gate diligēter de puero: ꝛ cū inue
neritis renunciate michi: vt ꝛ ego
¶ Hoc subiūgendo ad renūciandū inuitat.
¶ vt alacrius per eum redeāt. et ne iudei qz rex
eoz futurus erat occultent.
ueniens adorem eum. Qui cum
¶ Estimantes supple vera que dixerat.
audissent regez abierunt. Et ecce
stella quam viderant in oriente

Et tu bethleem effrata parua es in milib iuda. ex te michi egredietur qui
sit dominator in israel. ꝛ egressus eius ab initio a diebus eternitatis. Et
est sensus. Etsi sis paruus viculus comparata ciuitatibus iude vbi tanta
milia. tamen non es minima: quia ex te egredietur magnus christus. qui
non tm de dauid: quia egressus eius ex mea constat substantia. natus
a diebus eternitatis: quia in principio erat verbum.

¶ Antiquitus effrata postea bethleem. Mistice est dicta effrata. furoz
vidit. quod premonstrat insaniam herodis qui ibi pueros occidit. Vel
effrata frugifera: que colit agrum vite. Merito in eo loco christus nasci
tur. qui totus ecclesie typum gerit. ꝛ ex nomine innuit christum pabu
lum vite cunctis.

¶ Ter. iu. In hebreo effrata. Bethleem ē domus panis. effrata speculū
Que sunt domus iste nisi fidelium mentes panē angelorum manducan
tes. ꝛ quantum in hac vita mortali conceditur gloriam domini specular
tes. In quibus christus iam per fidem natus. de gentilitate velut de lon
ginquo venientibus per falsorum doctorum demonstrationem aliquan
do queritur. ꝛ inuentus adoratur.

¶ Clam uocatis magis. Remotis sacerdotibus et scribis. Time
bat enim ne iudei quasi ex dei oraculo promissum occultarent: si se velle
eum perimere sentirent. Ideo etiam promisit se adorare: ne quis sentiret
dolum eius: sed sine suspitione ob gratiam fauoris ei renunciarent.

¶ Adorem eum. Herodes deuotionem promittit: sed gladium acu
it. maliciam cordis depingens colore humilitatis.

¶ Finxit se vultu et verbis adorare eum quem inuida mente cogitabat
occidere. Lupus personam representant ypocrite qui dum ficte deum que
runt. nunqz merentur inuenire

¶ Ecce stella. Ingressi iudeam deseruntur indicio stelle vt coguntur
ex lege inquirere. Vel diuino deseruntur auxilio qui quesierunt humanum
Nec debebat signum infidelibus datum apparere domesticis legis et pro
phetarum: quia si moysen et prophetas non audiunt. neqz si quis ex mor
¶ Non tenuit etbereas vias. Sed multum domui vicinus. aliter non

discernerent domum.

¶Mora. Stella est bona exhortatio ducens ad christum. Vel potius fides quę est mentis illuminatio per quam ingrediens christum videt qui est stella matutina ꝛ eo viso gaudet gaudio et adorare non desinit.

¶Gauisi sunt. Gaudio gaudet: qui propter deumqui (verū gaudium est) gaudet. Addit ꝛ magno: quo nichil ē maius. Et valde gauisi: qꝛ de magno potest alius plus alius minus gaudere.

¶Et intrantes. Tres magi vno itinere deum veniūt adorare: qꝛ in vno christo (q̄ est via) inseparabilis trinitas ab eis erat adoranda

¶Puerum cū maria. Sepe puer nominatur: vt cū agnoscant ō quo dictū est. Puer natus est nobis.

¶Cum non ꝛ ioseph cum maria inventus est a magis: Ne aliq̄ inde malę suspitionis occasio daretur gentibus: quę primitias suas statum nato saluatore ad eum adorandum miserunt.

¶Adorauerunt Sic confitentes deū quem factuꝫ eē hominem intelligūt ꝛ moriturum quod p mirrā ostendunt.

¶Et apertis the. Fidem suaꝫ mysticis protestantur muneribus: munera clausa fides est cordis. munera aperta confessio est oris. In thure cōfundit arrius: qui soli patri sacrificandum esse contendit. In mirra manichęus: qui christum mortuum non credit. In auro vterq; : quia et manichęus de semine dauid regem natum non credit ꝛ arrius solam ei seruitutem ascribit.

¶Mora. Et apertis. Magnuꝫ religionis sacramentum hic aperitur: vt fide previa thesauros nostros in via non pandamus: donec preteritis hostibus soli deo ex occultis cordium offeramus. Ezechias qꝛ thesauros alienigenis prodidit condemnatur in posteris.

¶Obtulerunt ei munera au. t. et m. Queritur an singuli singula: an vnusquisq; tria: quod magis fatendum est: qꝛ congruit misterio: qꝛ omnis vere christianus christum deum regem et passum confitetur.

¶Dicitur q̄ reges persaꝫ semper cum muneribꝰ solent adorare: quo more et isti munera obtulerunt. Sed magis diuina inspiratione est factum vt in hoc sit mysterium omniū. vnde et figuraliter tria dicuntur

¶Aurum ad tributum. thus ad sacrificium. mirra ad sepulturā pertinet mortuoꝝ. Vel per hęc tria in eodem christo intimātur. Regia potestas. Diuina maiestas. Humana mortalitas.

¶Mora. Nos ergo thus offerimus: si cogitationes carnis in corde p studium orationis incendimus. Aurum: dum superna sapientia resplēdemus. Mirram: si carnis vicia per abstinētiam mortificamus. Hęc munera ex thesauro animi condita proferuntur: cum corde creditur ad iusticiā: ore autem confessio fit ad salutem.

¶Aurum est perfecta sapientia. Thus oratio munda. Mirra operatio bona. Primū ergo fides christo offerenda. deinde oratio. tercio loco operatio. Infirma est oratio quam non munit elemosina.

¶Mysti. Tres magi significant gentilem populum de tribus filijs noe procreatum ad fidem xp̄i venientem. Stella ꝓpheticū sermonem ortum christi veraciter profitentē. Herodes dyabolū q̄ cognita diuinitate xp̄i psequit eum in membris suis: a quo magi pergunt dū ab ydolatria gentes recedunt. et ad domum in qua christus est. i. ad catholicā ecclesiā perueniunt. in quā intrantes per fidem inueniunt christū cū matre sua. i. ecclesia. Joseph semoto. i. iudęoꝝ populo ꝓpter perfidiā ꝛ apertis thesauris suis. i. litteraꝝ peritia obtulerunt ei munera. i. physicā. ethicam. logicam. Vel hystoriam. tropologiā. ꝛ allegoriā. Vel sanctę trinitatis fidem

¶Et responso accepto. Sicut moyses tacens clamabat: sic isti pio affectu interrogabant quid diuina iuberet voluntas. Hęc responsio nō fit per angelum sed per ipsum deum: qꝛ nullus alius viam reuersionis instituit nisi ille qui dicit. Ego sum via ꝛ. ꝛ vita.

¶Non loquit puer ad eos: ne diuinitas ante tempus reuelaretur: et vera humanitas hēatur. Vnde ꝛ mox in egiptū mittit quia ꝛ fides nutrienda erat ad premium et vita doctrinę preparanda est ad eundum.

¶Per aliā uiam In hoc forma datur credentibus vt deuoti ad deum veniant. et qō iubeat intēdātsez ne ad dyabolum redeant: sed per semitas virtutum ad patriam veniant. ꝛ qui ceciderunt contemnēdo: resurgant obediēdo

¶Fuge in egyptū Mira humilitas xp̄i fugit: qui refugiū est alioꝝ ꝛ virtus. fugiēdo instruit suos. Vñ Si vos persecuti fuerint in vnam ciuitatē fugite in aliam.

¶Qui consurgēs Joseph figura p̄dicatoꝝ qui christū cuz matre. i. fidem christi et ecclesię tulerunt ad gentes: relicto herode. i. iudęoꝝ infidelitate.

¶Nocte. Quia occulte per fugam ad illustrandā egiptū descendit. relicta nocte iudeis.

¶Nocte tulit ī egiptum: qꝛ noctem ignorantię bis a quibꝰ ipse recessit reliquit incredulis. Quando redit: noctis non fit mentio: qꝛ in fine mundi iudei fidem tanq̄ christum ab egipto reuertentem suscipientes illuminabuntur. Hic datur exemplum fidelibus vitandi rabiem persecutoꝝ vbi est oportunum. sicut ipse ait. Si vos perse. fu. in. u. ci. fu. in. a. Significat aūt hęc fuga dñi electos improbitate maloꝝ a sedibꝰ suis sępius esse pellendos. Fugit vt homo: quē paulo ante stella deuz monstrauit.

¶In egiptum. Omnigenū deum monstra venerantem: qꝛ christus a iudeis non receptus: per predicationem transit ad gentes.

¶Fugit in egyptū sicut natus est. vt corruptam repararet naturā. Sic fugit: vt fugaces reuocaret. Qꝛ fugit: sacramenti fuit non timoris: vt exemplum fugiendi daret suis. Non fugit mortem qui mori venerat. Nec insidias expauit: qui venerat aperire versutias dyaboli. De hac fuga p̄dixit ysaias: Ecce dominus ascendet super nu. le. i. carnem sine peccato. ingredieturq; egiptum. ꝛ con. s. eius Septē autem annis in egipto latuit.

¶Ex egypto ꝛc. In osee iuxta hebraicam veritatem hoc inuenitur. Vel in libro numerorum vt quidam asserunt: quia totum dispositione dei factum est.

¶Tunc herodes uidens. Verisimile est q̄ cum herodi nichil renūciatum esset a magis. credidit illos fallaci stella deceptos esse. ꝛ ideo ad se non esse reuersos. Vnde ꝛ tandiu quieuit a pueri inquisitione. Deinde vulgatis bis quę in templo facta dicta ue fuerant. se a magis sensit illusū et in mortem christi properans pueros occidit.

¶Verisimile est post annuz et quattuoꝝ dies a natiuitate christi herodē in pueros desęuisse. quod forsitan ideo distulit: quia romam profectus ē. vel ibi accusatus. vel vt romanos consuleret super his quę de christo docebantur.

¶Donec. antecedebat eos. vsq; dum veniens ¶Quasi diceret. hic est quem natum testabar. ens staret supra vbi erat puer. Ui ¶Inuento quod desiderauerant dentes autez stellam ¶ gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrātes ¶Diuersorium illud quod lucas cominem orat domum inuenerunt puerum cuz ¶Signum humilitatis sine qua nullus vere adorat. maria matre eius. et ¶procidētes ¶In carne verbum. ¶fidem suam mysticis profitentur muneribus adorauerūt ¶eū ¶. Et apertis the sauris suis obtulerūt ei munera ¶Quia intus querebāt quid vellet diuina voluntas de reuersione ad herodem: dei meruerunt responsionem. ¶Regi ¶deo. ¶Mortali. aurum thus ꝛ mirram ¶. Et respō ¶Cognita veritate non licet retrorire. so accepto in somnis ¶ne redirent ¶dyabolum ¶fidem. spem. caritatem ad herodem: per aliam viā reuer ¶paradisum vel celestem hierusalem ¶Impleto purgationis tempo ze prius: ꝛ eo oblato in hierusalem quod hic pretermittitur. si sunt in regionem suaz ¶. Qui cū

recessissent ecce angelus domini ¶Hic ioseph non quasi maritus sed nutricius ꝛ custos asciscitur. apparuit in sōnis ¶ ioseph dicēs: ¶glorioſam. Surge ꝛ accipe puerum ꝛ matrē eius ꝛ fuge in egiptum. ꝛ esto ibi ¶Ecce q̄ fraudes non latent deum vsq; dum dicam tibi ¶. Futurum est enim vt herodes querat puerum ad perdendum eum. Qui cō surgēs accepit puerum et matrez ¶qꝛ fides christi mānt in gētibus do. pl. g. i. eius nocte. ꝛ secessit in ¶ egiptuz ꝛ ¶vsq; in finem infidelitatis: qꝛ iudea cotra ecclesiam seuit. erat ibi vsq; ad ¶ obitum herodis vt adimpleretur quod dictuz est a domino per prophetam dicen ¶Consubstantialem qꝛ verbū ca. fa. ē ꝛ ba. in nobis. tem: Ex egypto vocaui ¶filiū meū ¶Inde accumulatur ira iam turbato per natiuitatem. Tūc herodes vidēs qm ¶ illusus

Ideo forsitan tãdiu ab inquisitione pueri se continuit: vt sollicitius eũ
reprehenderet: neqz elabi aliquo modo posset.
Occidit omnes pueros. Recito christus apparuit mundo·incepit in eum persecutio·quę figurauit persecutionẽ sanctoꝝ·z dum infans
quęritur infantes occiduntur in quib⁹ forma martirij nascitur vbi infantia ecclesię dedicatur.
Figurat mors paruuloꝝ passionem omnium martirum qui parui·i·bumiles z innocẽtes occisi sunt·qui nõ in indea tm̃: sed vbiqz passi sunt ab impijs·qs significat herodes.
Qz bimi: qz doctrina et operatione perfecti. Illis occisis christus euasit: qz corpora possunt perimi diuinitas non cõtingi.
Et in omnibus finibus. Nõ est contentus vastatione bethleem: sz adiacẽtia loca vastauit nec vllam miserĩam ętatis habuit a filio vnius noctis vsqz ad filium duoꝝ annoꝝ quin omnes occiderz
A bimatu. Ideo a bimatu: vt sicut prę occupauerat herodes fines ciuitatis·ita z p̃ occuparet alium annum. Ideo etiã a bimatu: qz timebat ne puer cui famulabant sydera paulo supra ętatem vel infra speciem sibi conformarz
Tunc adimpletum. Adimpletũ dicitur: qz anteqz fieret legentibus erat semiplenum·qz quod in littera sonabat aliquid futurum occulte promittebat.
Jo·cri·in septima omelia dicit: qz stella per annum' apparuit·sicut in destructione romanorũ signa apparuerunt in ęlo: qñ vox angeloꝝ audita est·Transeamus ab his sedibus.
Vox in rama·Id est·in excelso longe lateqz diffusa. Alł·vel vox ecclesię de nece membroꝝ gementis vsqz ad solium superni ascendit iudicis
Vox in rama. Propter vroẽ lenitę fornicatione peremptam·fm numerum tribuum in duodecim partes diuisam·omnis israel tribum beniamin preter·ccc·viros deleuit·eoꝝ qui supfuerunt ploratus z vlulatus: auditus est vsqz rama qui est locus iuxta gabaa·xij·miliario a bethleẽ. Audita·exaggerat: vt yperbolice rachel iam mortua dolentis affectu filios iam fiere dicat. Vnde p hoc de chaldęis hystoria texit' qz simil' essz ab eis cladi priori populo iudęoꝝ futura vastatio. Sed verius reuelante p euã gelistam spiritu xpi hia de nece pueroꝝ accipitur. Dicit ergo qz tunc completum sit quod dictum est·qz vsi ad imminentem captiuitatẽ sermo prophetię respicit: tñ in eo sicut in vmbra futura veritas cedis infantium pronunciatur.
Rachel. Quia sepulta est iuxta bethleem. Et ex terreno corporis hospitio matris nomẽ accepit. Vel qz multi de beniamin z ioseph occisi sũt De rachel natus est beniamin ad cuius sortem non pertinet bethleem: sz ad tribum tm̃ iuda. Sed qz contigue trib⁹ sunt iuda z beniamin in finib⁹ bethleem: multi quoqz de tribu beniamin occisi sunt.
Nota qz melius per Rachel (qz si per bethleem plorasse diceretur) figura sacramenti inducatur: quia per eam in omnibus scema ecclesię commendatur·quę plorat non tam morte translatos qz supplicio peremptos.
Rachel·i·ecclesia suos teneros agnos plorat peremptos neqz vult cõsolari in presenti: qz non sunt: sed omnem spem z consolationẽ ad ęternã transmittit vitam. Vel plorat·et non recipit consolationẽ fm duplicẽ q̃
rundam intelligentiã·siue qz in ęternũ mortuos estimaret·siue qz ł nollet consolari in presenti de bis quos sciret in ęternum victuros. Hoc verius

ecclesię conuenit quę non tm̃ peremptos dolet: sed eos amplius quos priꝰ
us editos vult retinere·vel nondum genitos generare de quib⁹ nulla consolatio: qz eternaliter mortui sunt.
Allego. Bene autem rachel: quę ouis videns deum dñi eccliam figurat cuius tota intentio vt deum contẽpletur inuigilat·z ipsa est ouis centesima quã pastor humeris reportabat.
Rachel. id ẽ·ecclesia plorans pro suis occisis. Et ideo non modicum fuit xpi hę tantũ sacramentum licet obscure diligentius prefignare.
Herodes·philippus·archelaus·z lysamas fratres fuerunt.
Ploratet ecclesia z non vult consolarĩ b qz filij sui nõ sunt de hoc mũdo. Vel plorat: qz dum parit tristiciam habet·vñ dñi. Vos plorabitis &c. sz additur consolo·tristicia vestra vertetur in gaudium.
Defuncto aũt he·Quia sopita in dęoꝝ perfidia: helya et enoch p̃dicatib⁹ in dea xpo deũ recipiet.
Defuncto rege illi co complices eius pe reunt: sic cessante persecutione ecclesia ad celestia inuitatur.
In terram isra el. Non determinat in quam partẽ: vt dubitante ioseph angelus reuertatur· z frequenti eius allocutione ioseph certior reddatur.
Quia non distinxit in quam partem: ideo ioseph intellexit iudęam quę dignior pars regni erat.
Defuncti. Tradunt quidam qz fecit herodes super funus suum nobiliores iudęoꝝ occidere vt sic cogeret iudęos mortem suam flere.
Qui consurgens. Allegt. Joseph gerit figuram apostoloꝝ quoꝝ officio christ⁹ circũtert. Apli primũ venerũt in terrã israł: qz primñ predicauerunt iudęis. Sed p herode·i·manẽte hereditaria infidelitate metuũt et recedunt admonitu gratiã gẽtibus predicare z ad eas christũ transferre
Nominata terra israel: vilum est ioseph non alicubi talem puerũ vbi re habitare nisi in hierusalem vbi erat templum z celebratio xpi xtarum. Tamen angelus intelligi voluit galileam quam z iudęi incolebant·qđ ostendit sic fuisse p̃destinatum: qz nazaręus vocabitur.
Timuit illo ire·Si timuit iudęã pro archelao herede paterne crudelitatis: cur ñ z galyleã vbi herodes alius frater eius regnabat: Quia archelaus post patrem monarchiam totus regni obtinuit: sed insolescens a tiberio cesare reiectus est lugdunũ in exilium·z tunc diuisum est regnũ in quattuoꝝ tetrarchias·quarũ vnã·i·galyleã herodes frat eius obtinuit.
Quęritur quare non timuit ioseph ire in galyleam sicut in iudęã: cum z ibi regnaret archelaus: Sed melius potuit in nazaret quę remota erat latere qz in hierusalem vbi erat caput regni z assiduus archelaus.
Secessit in p·g·Qz christus illuc non transfertur vbi regnabat archelaus significat qz illis absondetur xp̃s in quib⁹ regnabit antichristus
Nazareth. Nazareth germẽ nonellum vel flos campi interpretat. de cuius radice germinis sanctus scõꝝ ad significandã ęternitatis suę substantiã ascendisse legitur. Sicut ergo elegit tp̃us q̃ nasceret z locũ: ita z ciuitatẽ in qua coalesceret·cui⁹ nomẽ indicio est qz ipse sanctitas in sanctitate nutritus sanctus sanctoꝝ recte dicatur. Vñ z discipuli eius prius nazarei dicti sunt: sed postea a christo christiani vocati sunt
Nazareth galyleę quo transfertur·partẽ eiusdẽ gentis quę fidẽ susceptura erat significat·Vñ flos interpretatur: qz ecclesia quo ardentius a terrenis ad celestia trãsmigrat: eo magis xpi tutũ floꝛe et germine abundat.
Per prophetas. xp̃as plr̃ dicit: qz ñ bẽm⁹ fixũ de scptura crẽplũ
ondit sensũ ñ xpa se sumpsisse. Vel eisdem xpis in ysaia iuxta hebraicã

† ſ non filium tuum ↑ ſ non conſugem.
et accipe † puerũ z ↑ matrẽ eius z
†† ſ Quia ſcribe et phariſei mortem chriſti meditabantur cum herode·
vade in terrã iſrael †. Defũcti ſunt
ſ vitam.
enim qui quęrebant animam pueri. Qui conſurgens accepit puerum z matrem eius: z venit in ter
†† ſ herodes·philippus·archelaus·z lyſamas fratres fuerunt.
ram iſrael. Audiens autem q̃ ar
↑ ſ de qua putabat ſe admonitum.
chelaus regnaret in ↑ indęa pro
herode patre ſuo timuit illo ire.
ſ Non mutat angelus preceptum ſed manifeſtius corrigit errorem pietatis.
Et ammonitus in ſomnis ſeceſſit
† ſ Que et ipſa terra eſt iſrael: qz et ipſam populus iſrael incolebat.
in partes † galileę·z veniẽs habi
ſ que eſt in galilea.
tauit i ciuitate q̃ vocat nazareth
vt adimpleret qđ dictum eſt per
† ſ Nazareus·i·ſcũs qđ conuenit chriſto.
prophetaſ; qm̃ † nazarę⁹ vocabit.

ꝑitatem. Exiet ꝟga de radice yesse: ⁊ nazaręus de radice eius ascendet.

¶ C. .III.

¶ In diebus autem. Prętermittit multa: et transit ad prędicationem Johannis.

¶ In di. Non solum pueritię annos: sed omnes vsq; ad prędicationē iohannis comprehendit. i. cum fere esset triginta annoꝝ. Lucas significātius tempora exprimit. Anno .xv. imperij tyberij cę.

¶ Prędicans. Manifestauit se qui prius siluerat baptizando ⁊ prędicando viam prępparans domino.

¶ In deserto iudęę. Quia iudei a deo deserti erant quibus necessaria ē pnia vt redeant.

¶ Pœnitentiam. Hoc pręco nunciat quod post per se ipsa veritas.

¶ Pœnitentia prędecedit sequitur ꝓmissio regni. qui vere pœnitet punit in se prętereritos errores: deinde erigit animū ad cęleste regnum.

¶ Si gratis in baptismo fit remissio: cur prędicat pœnitētia? Sed triplex est modus pœnitędi. Primus. errores ⁊ omnia mala ante baptismū abrenunciare ⁊ condemnare: quod necesse est ad christum vēturis. Secundus: ꝑ baptismū lapsos per pœnitentiā renouari. Tercius quo sancti quotidie a talibꝫ purgantur peccatis sine quibꝫ vita non agitur.

¶ Pœnitere est ante acta deflere et defenda non committere. Pœnitentibus regnum cęloꝝ adesse dicitur: non terrena vt in veteri lege. et ꝟ per obedientiam christi. Et hoc regnum cęloꝝ primus iohannes prędicauit.

¶ Pœnitētiā a. Prima virtus est per pœnitentiā perimere veterem hominem ⁊ vicia odire. qđ qui non facit: non modo virtutes non comprehēdit: sed nec etiaꝫ supplicia fugit. Pœnitentię virtus timore concipitur qui est initium sapientię. Pœnitentia a puniendo: qua quisq; punit quod illicite commisit.

¶ Pœnitentiam agere est dignos fructus pœnitentię facere. Regnum cęloꝝ. i. christus per quē sancti regnant in cęlestibꝫ. Vel euangeliū quo inuitat ad regnum.

¶ Appropinqua· enim. Nisi appropinquaret nemo redire posset: quia infirmi et cęci via quę est christus carebant. quam parans iohannes pniam anteponit.

¶ Vox clamātis. Iohannes vox. christus verbuꝫ: qui clamat in iohanne. Nullum ꝟbū sine voce auditur: nec vox sine intelligentia verbi valet.

¶ Vox viam verbo prępparat vt recipiatur. vnde. Parate lucernā christo meo.

¶ In deserto. Forma pœnitentibus. locus conuersationis. non frequētia hominum: sed desertum. vestitus non mollis ad fluxum: sed asper. victus tenuis ⁊ inusitatus.

¶ Typice desertū significat scōꝝ vitam a mūdi illecebris segregatam.

¶ Viam domini. Via domini ad cor dirigit cum sermo eius diligēter auditur.

¶ Ipse autem ꝛc. Qui pœnitentiam prędicat habitū pœnitencię prętēdit. In eo vilitas vestis et cibi laudatur. quoꝝ vsus in diuite arguitur.

¶ Ipse autem. Iohannes in semetipso erudit pœnitentes ⁊ formam vitę

¶ C. .III.

Cuꝫ adhuc habitaret in nazareth

IN diebus au

tem illis venit iohan

Ecce quid veniens fecit ſ Sic nostans desertum penitentibus conuenire

nes baptista prędicans in deser

† Punist quisq; mala priorꝭ vite: qꝫ appropinquabit salus quam perdidimus ⁊ facultas redeundi vnde cecidimus.

to iudęę ⁊ dicens †: Pœnitentiam

ſ Opere † hac promissiōe eriguntur animi. Regnum dei intra vos est.

agite †appropinquabit enī regnū

Sic prędicauit. sic enī prophęta de eo prędixit.

cęloꝝ. Hic ē enī de quo dictū est

per ysaiam prophetam dicentem

Preco verbi: verbū precedit ‡ Quia solacium redemptionis nunciat: iudee iam deserte.

† Prauia abicite opera recta facite ſ Non prauis seruientes.

Vox clamātis in ‡ deserto † parate

ſ fides est via qua verbum ad cor ascendit.

‡ Id est mores in melius mutate ⁊ sic fient semita recte. ſ Bene viuendo. † Strictas sed mundas.

viaꝫ domini: ‡ rectas facite † semitas eius. Ipse autem iohannes

Non de lana: quia hoc austeritatis indiciū est illud luxurie mollicies.

hēbat vestimentuꝫ de pilis camelorum. et zonam pelliceam circa

Zona est corporalis continentia.

lumbi: voluptas peccati: qꝫ peccatum in voluptate fit ſ vbi magis regnat luxuria.

† Non studio parata: sicut conuenit heremite

lumbos suos. † Esca autem eius

Minuta animalia ſ de trūcis vel de herbis

‡ Propter nouitatem prędicationis. ⁊ asperi

erat locustę ⁊ mel siluestre. † Tūc

tatem vestitus et cibi.

exibat ad eum hierosolima ⁊ omnis iudęa. ⁊ omis regio circa iordanem. ⁊ baptizabātur ab eo in

ſ Baptismo precurrente non peccata dimittēte

iordane confitentes peccata sua.

Videns autem multos pharizęorum ⁊ saducęorum venientes ad

Non confitentes pcā sua.

baptismum suum dixit eis. Progenies uiperarū ‡ quis demōstrabit vobis fugere a uentura ira?

‡ Nemo: qꝫ non penitetis sed sine penitentia iram non effugietis ſ Quasi nullus nisi filius dei quem vobis annuntio.

Id est vindicta.

ſ vt sic effugiatis. ‡ Carnis mortificationem. † Scōm quantitatem culpe quod fit ex oissercione que necessaria est penitenti.

Facite ergo ‡ fructuꝫ † dignum pœnitētię. Et ne velitis † dicere intra

† Cogitādo vel reputādo.

¶ Mora. Habitus ⁊ victus conuersationem indicant. Asperis vestitur: qꝫ vitia nō palpauit ſ aspera increpatōe redarguit sic: Genimina viperaꝝ ꝛc. Zona pellicea circa lumbos: qꝫ carnē suā crucifixit cum vicijs ⁊ cōcu. Mel ⁊ locustas edit: qꝫ prędicatio eius turbis dulcis sapuit dum christus putat. Sed cito decidit: qꝫ non christus sed eius pręco esse apparuit. In melle dulcedo. In locusta alacer volatus: sed cito deciduus.

¶ Tunc eri. Quia nisi quis a malis exeat non abluitur. Vñ apte sequitur. baptizabātur ab eo in iordane confitentes peccata sua. qui descensio interꝓtatur: qꝫ de superbia veteris hoīs ad hūilitatē confessionis et emendatōnis descēdebant. Jam tunc enī baptizandis exēplum dabatur confitendi peccata ⁊ promittēdi meliora.

¶ In iordane. Quia in eo figura baptismi ꝓcessit. et ex nomine descensum de superbia exigit. quod congruit baptisatis.

¶ Confitentes. Confessio peccatoꝝ conscientię est testimonium timētis deum. Qui enim timet iudicium dei: peccata non erubescit confiteri. Perfectus timor soluit omnem pudorem. Confessio peccati pudorem habet. et ipsa erubescentia est grauis pœna. Ideoq; iubemur confiteri peccata vt erubescentiam patiamur pro pœna. Nam hoc ipsum pars est diuini iudicij.

¶ Multos pharyseorum et sa. Hi sunt ex hereticis iudęorum: qꝫ pharysei obseruatōnuꝫ et traditionū prętulerūt iusticiaꝫ. Vnde ⁊ pharisei id est diuisi a populo per primatam iusticiam dicunt. Saducęi id est iusti. vendicant enim sibi qꝫ non sunt. hi negant resurrectionem: dicentes animam interire cum corpore. quinq; libros moysi recipiunt: prophetas respuunt. Hos venientes ad baptismū iohannes increpat: qꝫ maxime indigebant correctione et pœnitentia.

¶ Progenies uiperarum ꝛc. Id ē. venenati venenatorum filij: qꝫ bonis inuident eosq; persequuntur proximos ledunt vt patres eoꝝ.

¶ Vipera patrem suum occidit: sic iudei prophetas qui erant patres eoꝝ.

¶ Facite. B. Quasi di. Quare prius venena non deponitis. vt sic ad baptismum veniatis. Facite fructum: non qualemcunq; sed dignum. Nō enim par debet esse fructus boni operis eius qui nichil vel minus peccauit. et eius qui grauius cecidit. Sed iudei de abraham gloriantes nolūt se agnoscere peccatores. vnde subdit. Et ne velitis ꝛc. Ad hūilitatem prouocat. In superbia enim nulla est pœnitentia.

¶ Discretio est in pœnitentia quę timorem dei ⁊ metum pœnarum ante oculos ponit recolēs antiquę turpitudinis. Sic dolor cordis in fletus erumpit: qꝫ sine dolore nulla sunt vulnera si vitalia membroꝝ non fuerint circummortua. gratia est quę sentit. sentiens quęrit sanitatem.

¶ Dico enim nobis. A carne retrahit vt cogitent opera predestinationis dei. Prima sunt rudimēta fidei credere deum posse quicquid voluerit vt qui omnia de nichilo creauit possit de lapidibꝫ vel de puluere filios abrahe formare.

¶ De lapidibus istis. Demonstratiue ad illos lapides quos iosue de iordane transferre fecit: ad quos quasi digitum extendens ait.

¶ Josue duodecim lapides de medio iordanis in terram trāsportari fecit: z alios ex terra in eodem aluco restitui per quos exceccatio iudeoꝝ: z gentiū ad lucem trāsformatio pꝛe signatur.

¶ Vel gentiles lapides vocat: z ē sensus Ne gloziemini de semine carnis: qz hi tm̄ sunt filij dei qui per grām sunt illuminati et interius suscitati. Suscitare signanter dicit: qz christus sarā id est ecclesiam accepit z suscitat per gratiaz filios abrahe defuncto sine liberis: ne tātus patriarcha pꝛiuaretur ꝓmissis. In cuius rei pꝛesagium olim deus de sara genuit filium.

¶ Jam enim securi. Ne autem viderentur immunes si se a talibus sacramētis separarent commina tur.

¶ Securis christus qui ex manubrio constat z ferro: i. humanitate q̄ tenet z diuinitate q̄ incidit. Posita est: quia si per patientiam expectat: videt tamen quid est facturus. Ad radicem. i. finem indaici populi vt auferat de terra viuentium eos qui in christo non credūt. Vel securis sententia iudicij vel pꝛedicatio euangelij.

¶ Ad radicem. Nota n ad ramos: sed ad radicem. Cum enī filij malꝛ tolluntur quid aliud q̄z rami infructuosꝫ arboris abscinduntꝫ: Cum tota pꝛogenies simul cum parente tollitur: arbor radicitus abscinditur: ne quid remaneat vnde iterum aliquid germinis oriatur.

¶ Radices sunt cogitatōes: quibus plantati: vel ꝛursum cꝛlo sustollun tur vel ad ima inferni mittuntur.

¶ Arbor humanum genus: huius rami alij sunt aridi. i. pagani incēdio apti: alij virides: sed sine fructu vt hypocritꝫ qui speciem sanctitatis ꝓtendunt sed intus vacui. alij fructuosi: sed venenosi. i. hereticꝫ qui ꝓdicando fructum pariunt sed mortalez. Alij. i. catholici qui bonū fructū ferūt. Omnis ergo ar. quꝫ nō fa. fruc. bo. ex. et in ig. mit. vt gentiles. hypocritꝫ: q̄ nullum. z hereticꝫ: qui malum.

¶ Ego quidem ꝛc. Ne videatur sua auctoꝛitate minari: incipit aperire qnte sit dignitatis cui⁹ pꝛesentia cōminat vel cui⁹ beneficijs pꝛsuadet

¶ Ego quidem baptizo vos in aqua. i. Tantum coꝛpoꝛa lauo: qz peccata soluere nequeo. vt sicut nascendo pꝛecurꝛo: sic baptizando vt pnitentes quos ego hoc signaculo ab impnitētibꝫ discerno: ad baptismum christi diꝛigam.

¶ Post me uenturus. Et si moneo dignos fructus pnīe facere. supbiam abijcere: non tamen possum a peccatis soluere.

¶ Fortior me est. Quia ego baptizo in pnīam: ille in remissionem Ego spiritum habeo: ille dat. Ego regnum cꝛlozum pꝛedico: ille dat.

¶ Cuius non sum dig. c. p. Alij scribunt. Cuius non sum dig. coꝛ. cal. sol. Potuit autem iohānes vtrunqꝫ dicere. vel contextim vel diuerso tpe. vt alius euangelista hoc. alius illud assumeret. Omnes tamē veri narrauerunt. Intendit autem in hoc ostendere excellentiam christi z suā humilitatem. Vel scdm allegoꝛiam calciamentum est incarnationis mysterium. Corrigia mysterij ligatura. Non ergo valet iohannes corrigiaz soluere: qz incarnationis mysterium non sufficit inuestigare. Vel nō sum dig. sol. coꝛ. cal. eius. i. nomen sponsi michi non vsurpo: nec sponsus credi vel dici sed amicus sponsi volo. Mos enim erat vt si quis eam quꝫ sibi cō peteret accipere in vxoꝛez nollet: ille ei calciamentum solueret qui ad hāc sponsus iure propinquitatis accederet. Johannes ergo qui non sponsus ait: Non sum dignus coꝛ. cal. sol. ac si dicat. Ego redemptoꝛis vestigia non valeo denudare qz nomen sponsi non michi vsurpo.

¶ Vel simpliciter se humiliat. vel euangelij sacramēta non est dign⁹ circumferre ñ dicando qd̄ non sibi ꝛeputatum apostolis est commissum.

¶ Non sum dignus explicare naturaz diuinitatis ad humanitatem. Vel non sum dignus euangelij ñ dicatōem poꝛtare. vt nomen sponsi vsurpare.

¶ Johannes vt purus homo spiri ū dare non poterat quoꝛe mittitur culpa. Christus vero dat: qz de⁹ et baptizat in vero de quo dicitur. z vos mundi estis ꝓpter verbum quod locut⁹ sū vobis. et alibi. mundans cos lauacro aq̄ in verbo vite sanctificate.

¶ In spiritu sancto. Vel spiritu sanctificationis. z igne. i. ꝓbatione tribulationis. Vel spiritū pꝛesenti abluit. post si qua macula subꝛepit: igne purgatoꝛio ad puꝛ exuret qd̄ de leuioꝛibꝫ credendus est peccatis. Vnde in leuitico super altare semper ignis missus de cꝛlo ardebat. i. ignis diuini amoꝛis. qui omēs in christo. i. qui super altare offeruntꝫ quasi rebaptizat z exurit carnis eoꝝ vicia

¶ Cuius uentilabrū. Ventilabrum in manu est examen iudicij quo discernuntur leues z vacui a fructu boni operis.

¶ In manu: qz pater non iudicat quenq̄ sed omne iudicium dedit filio.

¶ Permundabit. id est. quotidie a varijs temptationibus mundat Vel permūdabit dū ab manifesta peccata peruersus de ecclesia ejꝛcitur vel post moꝛtem damnatur.

¶ Paleas autem. Palee de oꝛigine vnde z triticū oꝛiuntur. i. de semine. zizania vero de diuersa. Palee ergo sunt qui fidei sacramentis imbuūtur: sz solidi ū sūt. Zizania vo q̄ z ope z pfessiōe secernunt ab electis De his dī. qui n credit iam iudicatus est. z ido non fit hic mentio de illis

¶ Inextinguibili. Quia non extinguetur neqꝫ extinguet cruciatos: sed eternaliter puniet. dī aūt ad differētiā illius de q̄ dī: Ignem nos exami. ꝛc

¶ Tunc uenit. Quando iohannes ꝓdicabat et baptizabat. s. qñ ihesus triginta erat annoꝝ. ostendēs nullum debere sacerdotē vel ꝓdicatoꝛē fieri nisi virilis ętatis. Sicut ioseph tricenari⁹ regnum ęgipti suscepit. da uid regnum ea ętate inchoauit. Ezechiel pꝛophetiam pꝛomeruit.

¶ Veritās his de causis vt baptisma iohānis cōprobaz. z vt (qz hō erat) omnē implerz iustitiā z legis humilitatē. z vt aq̄s sanctificās ꝓ colūbaz in lauacro aduētū spūssancti oñderz. Venit enī non necessitate ablutōis: sed vt nemo quātumlibet sanctus baptismū grām superfluam iudicaret.

¶ A galylea ui. Galylea transmigratio. iordanis descensus. Qui ergo vult baptizari transmigret a vicijs: z descendens humilietur.

¶ Sine modo. Sine modo me a te baptizari: vt postea quod a me queris in spiritu baptizeris. Sic enim decet nos dare exemplu implendi omīs iustitię: vt discant omnes neminē sine vnda baptismi esse pfectū

¶ Sic enim de. Id est. per humilitatis exemplum reducere ad vitaz

¶ Et in semine abrahe ne cōfidatis quasi ex hoc solo sal⁹ sit.

vos: patrem habemus abraham

¶ Quia nō filii carnis hi sunt in semine: sz qui filii dei. vnde subdit. Potens est ē.

Dico enim vobis qz potens est

¶ gentibus quoꝝ coꝛda erant insensibilia.

deus de lapidibus istis suscitare

¶ Si autem vos christi ergo semen abrahe estis

filios abrahe. Jam enim securis

ad radicem arboꝝ posita est.

Omnis ergo arboꝛ quę nō facit

¶ Per securim † gehennę.

fructum bonū † excidetur. z in † ig

† Redit ad se modum sui baptismi determinans.

nem mittetur. † Ego quidem bap

† ¶ tantū non spiritu. ↑ ¶ docendo penitere.

tizo vos in † aqua in † pęnitentiam.

† Ad predicandum et ad baptizandum.

Qui autē post me † venturus est:

foꝛtioꝛ me est: cuius non sum dignus calciamenta poꝛtare. † ipse

¶ Quia sanctificat a peccatis. z accēdit amore dei.

vos baptizabit in spiritu sancto

¶ tribulatione vel purgatoꝛio igne.]

† ¶ Qui non credunt hoc vētulabro non removentur: qz iam iudicati sunt.

¶ Id est. discretō iudicii

et igni. † Cui⁹ ventilabꝛum in ma

¶ Potestate † A paleis † Presentē eccām

nu sua z † permundabit † aream su

↑ Immobiles a spe eternoꝝ.

am. z congregabit † triticum suum

¶ Celeste. ¶ Leues.

in hoꝛreum: † paleas autem com

buret igne inextinguibili. Tunc

¶ vt qui diu latuerat manifestaretur ↑ Quia in nazareth habitauerat † Quia in eo figura baptismi precessit z ex nomine descensum de superbia exigit. † Maioꝛ ad minoꝛem

venit ihesus a † galylea in † iꝛorda

nem ad † iohannem vt baptizaꝛe

† domin⁹ a seruo: nullus ergo dedignetur inferioꝛem † humilitatē regis imitatur miles.

tur ab † eo. † Johannes autem

↑ Qui eges

prohibebat eum dicens: † Ego a

¶ qui nō eges ¶ terren⁹ a celesti † ab oꝛigina pcō mūdari: qz tu es agn⁹ dei qui tol. pec. m.

¶ cui⁹ generatio nō est viciosa.

te debeo † baptizari. † z tu venis

ad me? Respondens aūt ihesus

↑ Impleri illud ad qd̄ veni. † Subdit quare veniat baptizari ¶ qz vita mea moꝛ ē discipli

¶ sic. i. dū ego supioꝛ z nō indigēs a te suscipio

dixit ei. † Sine modo. † Sic enim

et ostendere q nullus pfecte sit iustus sine baptismate. Si enim de spiritu sancto natus non dedignor: quanto magis necesse est alijs q̄uis iustis etiam a minoribus baptizari? Hinc decet impleri primū omnē iusticiam scz per quaz omnis iusticie summa ab omnib⁹ cęinceps impleatur vt nullus ex operib⁹ neqz ex arbitrio glorietur: sed sciens se reū iusticie dei sit subiectus. Ideo quisquis est renatus ex aqua z spiritu iustus dicitur: q hoc implet per quod omnis iusticia impletur ex gratia·quam primo decuit implere christum non ex indigentia sed ex mysterio: vt renatus filius dei omnes renatos filios dei fratres sibi faceret.

¶ Sic·i· subdendo seruo z inferiori. Omnem iusticiam·i· humilitatem que est omnis iusticia. Et perfecta humilitas habet tres gradus. Primus est subdere se maiori et se non preferre eqli hic vocatur sufficiens q sufficit aliquem sic humiliari·z iste gradus omni iusto est necessarius. Secundus gradus est subdere se equali: nec preferre se minori·hic dicit abūdans. Tercius est subesse minori in quo est omnis iusticia· Hūc christus impleuit·qui vnaz partē tm̄ habz q in vnitate cōsistit et perficitur. Alij duobz modis distinguuntur: q minus perfecti non sic in vnitate cumulantur.

¶ Tunc dimisit. Cum tali ordine cognouisset implendam iusticiam. Dimisit: q vera est humilitas quam non deserit comes obedientia.

¶ Spiritus in momento eum docuit quod prius nesciuit: z ideo qđ primo timuit humiliter·deuotus impleuit.

¶ Baptizatus autem ꝛc. Christus aquas baptismi sanctificauit: q cuius est creare eiusdem est z sanctificare.

¶ Sicut homo constat duobus·id est·corpore z anima: ita duobz renascitur·aqua q̄ purgat sordes z conseruit christo·z igne spiritus quo cōflagranti ad celum rapimur. Sic ecclesia post baptismum culmen virtutum quibusdam incrementis appetit. vt christus baptizatus de aqua ascēdit. Sui post baptismum ascendunt: q ad virtutes proficiunt·z qui primo carnales z filij ade: fiunt spūales z filij dei.

¶ Aperti sunt ce. Et hoc ad impletionē iusticie. Non enī tunc primū sibi patuere celestia vel spiritus sanctus est datus: sed nobis per acceptuz baptismum aditum celi patere z spirituz sanctum dari monstrauit. Q·n· celi aperti·q spiritus sanctus venit·q vox patris insonuit ꝛc. hec mystica sunt in nobis.

¶ Patet renatus aditus in celum per christum qui per adam clausus fuit.

¶ Sicut colūbam. Verum corpus formatum ad horam habuit in specie columbe q aliter spiritus ab hominibus videri non posset sicut columba: non quin vera columba esset: sed q spūs in corporali specie·non tamen ipse corpus. Ita de hac figura sentitur sicut de alijs in quibus dō apparuit que expleto officio resoluebantur.

¶ Bene spiritus in columba (que simplex z mansueta) descendit: vt z suę nature simplicitatem·z eum in quem descendebat mitem misericordię prę conem datorem q̄z indicaret. Similiter omnes baptismo renati·vij· virtutibus in columba significatis debent repleri. Columba a malicia fellis est aliena: in quo prohibemur ab ira. Nullum ore vel vnguib⁹ ledit: in quo notatur innocentia. Nec minimas auiculas inuadit in quibus alię aues se z pullos suos nutriunt·in quo prohibemur a rapina. Puro uescit grano: in quo notatur abstinentia. Alienos tanq̄z pullos suos fouet: ecce caritas. Gemitum dat pro cantu: ecce compunctio. Super aquas sedet vt ac capitrem prequisa in aquis vmbra declinet: ecce solicitudo.

† Docere consummationem iusticie·i· ad baptismum ūnitare: q baptismus est consummatio omnis iusticie. Me suscipiendo: te baptizando. † Id est·omne preceptū iustificans

decet nos † implere † omnē iusticiam. Tunc dimisit eum. Baptiza-

Consensit. † Sine mora. † Quia baptizati ad patriā per virtutes ascendere debent.

tus autē ihesus † confestim † ascendit de † aqua. Et ecce aperti sunt ei

† Quę est fundamentum ascensionis. † Ihesus vidit z baptista vt iohannes ait

celi. Et vidit spiritum dei descendentem † sicut columbam z venientem

† Spiritus in columba· filius in homine· pater in voce·ita trinitatis presentia baptismū consecrauit. † Ad quem illa vox fiebat

super † se. Et ecce † vox de cę-

† Ad quem illa vox fiebat † Hec vox nō vt ei indicet quod nesciat: sed q auditoribus, proficiat. † demonstratiue ad homines † Consubstantialis Sic qui baptizatur ostenditur filio

lo dicens: † Hic est † filius meus dilectus † in quo michi complacui.

¶ In columba super dominum spiritus apparuit: q venit nos per mansuetudinem colligere. Super discipulos in igne: quos ad consumendam rubiginem peccati contra seipsos veniebat accendere.

¶ Adam peccando celum amisit: christus a spiritu sancto per columbaz glorificatus apparuit·flammaz vibrantem que viam prohibuit aqua baptismi extinxit: q aqua est contraria igni.

¶ Complacui. Id est·bñplacitū meū constitui·vt tu in quo nichil nisi bonuz placeas·z per te alij non in se·sz in te·i·t· fide z caritate vniti: placeant.

C. IIII.

Tunc ihesus † ductus est in † desertum a spiritu vt tentaretur a dyabolo.

† Locum certaminis † Desertum a spiritu q ieiunat diuine est potentie. † Ecce aspernatus.

Et cum ieiunasset † quadraginta † dies et quadraginta † noctibus: postea esurijt·et accedens

† Hoc addit ne in nocte comedisse putetur. † Hoc explorat quod timet: nec ideo se ab ei⁹ tentatione abstinet.

tentator dixit ei: † Si filius dei es:

† Quia sciuit scriptum esse: dixit z facta sunt. † tentatio de gula † A gula incepit·sz quo ordine deiecit adam ab isto deuincitur † Lapis significat duriciam dyaboli.

dic vt † lapides isti panes fiant.

Qui respondens dixit.

C. IIII.

¶ Tunc ihe·duc. est ꝛc. Post baptismum: q nulla est mora a temptatōne. Vt mox doceat in deserto pugnare: docz baptizatos de mundo exire quiete deo vacare: sic filij israel p̄ transitum maris per desertum ascendunt et manna comedunt donec veniāt ad terram promissionis

¶ Tunc ihesus. Hic est ordo recte conuersationis vt post acceptam spiritus sancti gratiam contra dyabolum artius accingamur z mente seculum deserentes vite eterne gaudia q̄si mana esuriamus deserti Ibi fit tentatō: quia ñ ań hostis se erigit q̄z hō de mūdo exit· Tenet enī sub legibz suis eū. In deserto pugnat aspis: q adā ī padiso delicijs affluēs vict⁹ ē oblectamētis

¶ Hylto. In illo deserto qđ est inter hierusalē z yericho christus dyabolum vicit: vbi figuraliter dixerat adam incidisse in latrones z cum vicisse. Latrones aūt ibi habitasse probat locus qui dī domin·i·sanguis propter effusionem sanguinis que ibi fiebat. Ea via samaritanus descēdit: q carne indutus: easdem tentationes sustinuit.

¶ Spiritu. Sancto qui quos replet ad pugnam mittit fortes· Sine hoc spū qui ad pugnam vadit cito cadit.

¶ Vt tentaretur. Non tentatur a dyabolo: nisi qui ad desertū exierit id est·bono studere cęperit.

¶ Et cum ieunasset. Ieunat vt tentet·tentat q ieunat·z exēplū ieunandi nobis dat·z q ieunat diuine est potentie.

¶ Moyses z helyas ieunauerunt: ñ ex virtute vt xps: sed moyses sustenta t eloquio dei: helyas aūt fortitudine cibi. Nec dicunt illi duo esurijsse: sed christus vt hō esurit: vt celet deus·significat aūt desideriū nre salutis

¶ Ecce cōuenit legi: q̄ p moysen accipit·z pphis q̄ p helyā· Xl·diebz·iiij· partes sunt mūdi de quib⁹ xps suos congregat·z·x· pcepta legis quib⁹ suos cōtra mūdi oblectamēta armat. Ieunat·xl·diebz añ mortē cibo indigens·q·d·in tpe agonis abstinete a desideriis scli·comedit p⁹ resurrectōz xl·diebz cibo ñ indigēs·q·d· Ego sum vob⁹ consolo z cibo oīb⁹ diebz. Vñ Ecce ego vo·sū o·d· ꝛc. Silr enī dū via dñi carpimus: a vanitate seculi ieunamus·z futuri promissione reficimur.

¶ In pugna xp̄i prius agit cōtra gulā ieunādo p quā vict⁹ ē prim⁹ hō Gula libidines inflāmat·cōcupiscz carnis nutrit q̄ repugnat legi mētis. hec nisi prius refrenet: frustra cōtra alia laborat. Xl. diebz·hic nūer⁹ totū tpūs designat q̄ xps cū suis dimicat. In b̄ nūero duę leges p abstinētiaz cōplent: q ī·xl·decalog⁹ mādatoz z·iiij·euāgelia resonāt. Vñ institutū ē nos b̄ nūero acri⁹ dimicare ad diluenda pcā q̄ fiūt dū motu carnis violat caritas·z sic q̄diu b̄ sum⁹ sp pcā plorem⁹: q b̄ nūero pñs vita oñdit.

¶ Postea esurijt. Hoc ē vere hūanitatis·z p b̄ est occasio tētadi. Latet potestas·patet infirmitas.

¶ Et accedēs. Quia esuries ē signū īfirmitatis. Et sic nob ī abstinētia n dē tētatio. Per exteriorē infirmitatē xp̄m tētat in q̄ nullā legē peccati inueniebat.

Si fi·d·es. Aliud horz explorātis est: aliud tentantis·dū deū confiter

videtur. et homini illudere conatur. Sic enim tentat vt exploret qđ vere tur. Sic explorat vt tentando decipiat.

¶ Si filius dei es. Nouerat filium dei venisse in mundum seu per pro/phetas seu per angelos nunciantes. seu per iohannem demonstrantem: sed qz humilia in eo videbat: ꝙ de veritate suspicatus est. ex superbia ei in dubium venit. Unde z callide exquirit. Nec indignum fuit christū tentari qui venerat occidi: vt tentationes superando nobis potestatez daret superandi tentatio/nes: sicut sua morte tulit nostram morta/litatem.

¶ Christus non nisi post baptismū se tentari permisit: insinuans ad se euntes graviores passuros tentationes.

¶ Suadet esuriem pane de lapibus fcō releuare: non ꝙ eius curet salutem: sed ex mutatōne cognoscat virtutem. etsi purus homo esset: panis oblectamento illuderet esuriem patienti.

¶ Triby modis fit tentatio. Suggestione. delectatione. consensu. Christus vero sola suggestione tentatus fuit: qz delectatio peccati mentem eius non momordit.

¶ Scriptum est. Non vtitur potestate: sed scripturarū autoritate. docens nos magis doctrīa q̄ miraculis pugnare.

¶ Non in solo pane. Quasi diceret. Persuasio tua tentatio est: qz agis de cibo corporis z non de cibo mentis. Inferior pars hominis pane sustentat. alia ✠bo dei reficit: qz vero agis ð inferiori: patet ꝙ tentator sis

¶ Sed in omni uerbo. Omne verbum caritas: in qua complentur omnia quę procedunt de ore dei. qz cuiuscūqz ministerio dicantur: nō ei? sunt sed dei. Sed si aduersum quid inseritur hoc nō est dei. De vno verbo. i. sapientia dei procedit quicquid loquuntur sancti qui sunt os eius.

¶ Tunc assumpsit. Prima z vltima tentatio in deserto. media q̄z hystorialiter vltima fuit postq̄ regressus est hierusalem. Quia matthęus non scđm ordinem hystorię: sed scđm tentationem adę prosequitur. Lucas vt res gesta est.

¶ Quia ex responsione christi victus z incertus remansit: post primā ad secundam accessit tentationem.

¶ Qz permisit se assumi: nō infirmitas fuit sed patientia. In diabolo vero non virtus sed superbia.

¶ Nota hęc omnia corporeis sensibꝫ esse completa. nec mirum si se permisit circumferri: si sic accipitur assumptio: qui permisit se crucifigi.

¶ Supra pinaculū. In palestina desuper plana erant tecta. z ibi erat sedes doctoꝝ vnde populo loquerentur vbi multos cępit vana gloria honore magisterij inflatos.

¶ In eo igit̄ loco christuz tentat. in quo multos deceperat. Dum aūt nō consentit docet eos qui in sublimi sunt vana gloria non moueri.

¶ Diabol⁹ alta petit. ad alta sp̄ duc̄ eleuādo p̄ iactātiā: vt p̄cipitare possit

¶ In hoc ꝙ christus se in altum tolli permisit: sed monenti cadere nō obedivit: ostendit vt cuicūqz bona z alta imperanti obediamus: sed p̄cipitare volenti contraeamus.

¶ Si filius. In omnibꝫ tentationibꝫ hoc agit: vt intelligat si filius dei sit. Sed christus sic responsum temperat vt ambiguum relinquat.

¶ Quia ✠ba adinuicē cōferunt: in spē hois diabolū apparuisse verisimile ē infirmus ostenditur ꝙ nulli nocere possit. nisi prius ille se deorsum miserit

¶ Suggerebat enim vt aliquo signo exploraret quantum apud deū pol set. Sed nemo debet tentare deum qñ habet ex humana ratione quid fa/

ꝺ temperat responsum: ne cognoscat eum esse deum. † ꝺ Id est. sacramentali specie. sed verbo vite.

Scriptū est. Non in solo† pane

† ꝺ Sententiis vtitur: instruens nos vt vincamus non potentia sed humilitate.

† ꝺ verbū dei de ore procedit: qz voluntas dei referatur per scripturas.

viuit homo: †ꝫ in omi† verbo qđ

† ꝺ per quos deus loquitur.

† ꝺ Hec tentatio hystorialiter vltima fuit.

† ꝺ Ex permissione non imbecillitate. vnde inimicus superbit.

pcedit† de ore dei. †Tunc† assum

† ꝺ Hierusalem vbi templum fuit: z cultus dei fuit. ꝺ Ex vsu dicit.

psit eum diabolus in† sanctam ci

† ꝺ Summitatem templi.

uitatem: z statuit eum supra† pin/

† ꝺ Non locus deo dicatus cohibet euz.

† ꝺ tentatio de vana gloria. sicut adam cui dixit. eritis sicut dii.

naculum† templi z dixit ei: †Si fi

† ꝺ Scripturis vtitur: nō vt virtutes instituat: sed vt errores ingerat sicut z sui.

li⁹ dei es: mitte te deorsū. † Scri/

ꝺ Qui vadit contra fortiorem ei prouidet victorie occasionem.

ptū est enim. Quia angelis suis

mādauit de te. et in manibus tol/

† ꝺ Legem in lapideis tabulis scriptā in qua

lent te: ne forte offendas ad† lapi

omnes offendebant. † Mentis gressum.

dem† pedem tuum. Ait illi ihe/

† In deutera quo ideo testimonia profert: ut secunde legis sacramenta confirmaret.

sus rursum: † Scriptum est. Nō

tentabis dominum deum tuum.

ꝺ Etsi victus tamen non cessat.

Iterum assumpsit eum diabol⁹

ꝺ Super montem superbie ois auarus erigitur ꝺ Alta petit.

in montem excelsum valde: z ostē

† Quia omnia momentanea sunt. non ꝙ diabolus: sed virtus diuina hoc possit.

† ꝺ Quanta est ei gloria trahere ad vicia.

ꝺ tentatio de ambitione.

dit ei† oia regna mundi z† gloriaz

† ꝺ Non ꝙ hoc possit ꝺ Regem te faciam.

eorum et dixit ei: Hec† omnia ti/

† ꝺ tentatio de auaricia. † ꝺ Quod esset cadere. ꝺ vt superiorem

bi† dabo: si cadēs† adorauerisme

† ꝺ A potestate quam habebas retro ꝺ In ignem eternum † ꝺ Qui saluti aduersarius

Tūc dicit ei ihesus. †Vade† satha

ꝺ In pentateuco.

na. Scriptum est enim. Do minū

eiat. Unde q̄uis omia posset: ait tū suis: Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliam. Et ipse idem fugit z abijt z latuit. Nunc autem poterit aliter de tēplo descēdere q̄ per iactantiam se p̄cipitare. Postꝫ defecit humana ratio: commēdet se homo deo nō tentādo: sed deuote cō lendo.

¶ Quia angelis ꝛc. Beda. Quod bene dicitur de corpore diabo/lus male interpretatur de capite. ꝙ si hoc dicit de christo: cur non z hoc qđ ibi contra se dicitur. Super aspidem z ba/siliscum ambulabis. et conculcabis leonē et draconem: Sz de auxilio angelorum: quasi ad infirmum loquit̄: de sua cōtemplatione tacet.

¶ Iterum assum/psit ꝛc. Hęc tentatio ordine precessit: sed narratur p̄pos/tere secm ꝙ factū est ade.

¶ Montem excelsum. J. Mons iste superbiam signifi/cat per quam cecidit et alios ruere facit. Excelsum valde: qz cum ad summum superbię trahere volu/it.

¶ Tentatus de auaricia i montē du/xit: quia auaricia et ambitio semper alta petit.

¶ Ostendit ꝛc. Non ꝙ visum eius qui omnia videt am/pliauerit: sed vanitatem mundanę pompę quam amabat quasi speciosam ostendens facere amari volebat. Vel sciens diabolus ꝙ christus regnuz sibi tolleret: ostendit ei omia regna mundi: non persas vel medos: sed quomodo in hominibus regnaret mundanis. Vel per gulam. vel per auariciaz. vel per alia: vt suadēs qđ volebat eū sibi subijceꝛz. Lucas dicit in momento sibi omnia ostensa: in quo non tam celeritas conspectus q̄ ea ducę fragilitas potestatis exprimitur.

¶ Moysi ostendit deus in momento totam terram promis. virtute deitatis ita modo actum est.

¶ Ostendit ei omnia regna. Scilicet partes terrę in quibus vnumquod qđ regnum positum erat. Sicut si aliqui dicant super montes. Ecce ibi roma. non ipsam ostendendo: sed partem terrę in qua posita est.

¶ Omnia regna. Omnia concupiscibilia in mundo in quibus homines regnant. Vel simpliciter totus mundus illo suggerente ab eo in monte visus est.

¶ Et gloriam eorum. ℟. Non ꝙ eam cōcupię oculo intueretur sicut nos: sed sic hęc ostensio fuit in mente sicut medici vident morbos sine lesione.

¶ Hęc omnia tibi dabo. Hęc de arrogantia dicit: nō ꝙ tot⁹ mūdus suus sit.

¶ A principio quod dei erat vt sibi vsurparet diabolus laborauit. vt in eis colceretur. ydola inuenit.

¶ In his tribus notantur. gula. auaricia. superbia.

¶ Rab. Lucas auariciam mediam ponit. vltimam superbiam scđm morem presentis temporis. quia superbia post omnes virtutes sequit. In his tribus. Gula. auaricia. superbia. omnia vicia sibi fęderata sunt perempta. Victus de gula non tentat de libidine vel cęteris quę de gula nascuntur. Sic etiam in alijs omnibus quę in mundo sunt vtitur diabolus contra nos. Nam nichil in mundo est nisi concupiscentia carnis z concupiscentia oculoꝝ z superbia vitę. In his tribꝫ omia genera tentationum comprehenduntur.

¶ Scriptum est. Dauid goliam tribus lapidibus de torrente prostrauit. z christus diabolum tribus testimonijs de lege.

¶ Dominum deum tuum. Hoc vel ad diabolum dicitur: nō ꝙ

et deuotione sit impleturus: sed vt econtra q̄ ipse moliebatur scriptum ostendatur·q̄ nō ipse sed deus sit adorandus. Vel non dyabolo sed sibi scōm humanitatem ꝛ cuilibet homini hoc p̄ceptum esse insinuat·similiter ꝛ illud. Non tentabis dominum deum tuum.

¶Dominum deum·s·filium ꝛ patrem ꝛ spiritum sanctum: qui est vnus deus·deus adoratur ꝛ specialiter ei ꝓpter se seruitur.

¶Hic ostenditur q̄ homo christus: vt deus et dominus sit adorandus et debito.

¶Seruies. Grece latreosis·lat' fuit' dī Seruitus communis deo ꝛ homini ꝛ cuicū q̄ grece dulia dicit'. Illa ꝙo q̄ soli deo debetur: latria distincte· vñ ydolatria· q̄ quod soli deo debet ydolis dat.

† ſO homo ſNon ego te: sed tu debes me vt deum adorare. ſEx debito: cui soli hoc debetur. ¦ ſEtiam cum hominibus seruis.

deum tuum† adorabis: ꝛ ¦ illi soli

ſScōm grecam interpretationem. † ſAd tē pus: ut lucas ait per iudeos postea pugnatur? ſIam non inueniens quid ageret. ¦ ſvictus

seruies. Tunc† reliquit eum ¦ dya

† ſvt victous deitas comprobetur.

bolus† et ecce angeli accesserunt

ſnon adiuuabant

et ministrabant ei. Cum autē au-

disset ihesus q̄ iohannes tradi-

† ſA iudea post pasca.

tus esset† secessit in galyleam·ꝛ re

↑ ſ flos interpretatur.

licta ciuitate† nazareth venit ꝛ ha

ſvilla pulcerrima.

bitauit in capharnaum maritima

¦ ſzabulon que est in galylea iudeoꝝ sicut neptalim gentium.

in finibus ¦ zabulon ꝛ neptalim:

vt adimpleretur quod dictum est

ſdicentem. ¦ ſCircūcisio.

per ysaiam prophetaꝫ. Terra ¦ za

dat fidei portum.

¶In finibus zabulon. zabulon·habitaculum fortitudinis. Neptalim dilatatio.

¶In hijs tribubus fuere viculi de quib⁹ apostoli. Vñ principes zabulon ꝛ prin·nep·

¶Terra zabulon ꝛc. Rab· Quod primo positum est p̄termittit euangelista·s· Primo tempore alle·est terra zabulon et terra neptalim·sicut ꝛ quod in medio est salicz. Nouissimo aggrauata ē via maris. Quod ideo facit quia intendit ostendere initium p̄dicationis christi: ꝛ ideo quod mysticū est tangit.

ſPrepucium.

bulon et terra neptalim via ma-

↑ ſ Qui est iuxta mare: ꝛ est transiordanē galylee gentium: sc̄z populus qui ambulabat uel populus u dit lucē ꝛc

ris transiordanem galylee gen

† ſAd mysticum maxime est respiciendum

tium: † Populus qui ambulabat

¦ ſAudiuit christi predicationē ꝛ miracula.

in tenebris ¦ vidit lucem magnaꝫ

ſvel habitantibus.

et sedentibus in regione vmbre

↑ ſAgnitio veritatis vel predicatio christi.

¦ ſEuacuata voce ipsum verbum venit.

mortis ¦ lux orta est eis. ¦ Exinde

cepit ihesus predicare et dicere.

ſConsona predicatio discipuli et magistri.

ſPenitentia est correctio male mentis.

Penitentiam agite. appropin-

↑ ſId est christus qui dat·vel ecclesia cui promissum est ꝛ paratum.

quabit enim ↑ regnum celorum.

ſAnte hec predicta·ꝛ ideo non apponit tunc vel deinde· vel forsitan·post hec predicta.

† ſQuod idem dicitur stagnū genezareth·mare tyberiadis·lacus salinarum

Ambulās aūt ihesus iuxta† mare

¶Via maris ꝛc. Ecclesia que iuxta mare seculi ipsa est transiordanem·id ē· per baptismum de pristinis erroribꝰ erupta. Galylea· id est· transmigratio est facta·ꝛ que prius sub gentili ritu in vmbra mortis ꝛ carnis luxu est versata: christo ꝓ dicāte per fidem christi illuminata est.

¶Galylea gentium que est in tribu neptalum: vicina tyrijs: dicitur ad differentiam galylee illius que est in tribu zabulon q̄ ē iuxta tyberiadem·

In illa autem que dicitur gentium: salomon viginti ciuitates dedit yram regi tyri in sorte tribus neptalim. In vtrisq̄ immoratus est christus: Sz pro figura eorum qui vocandi sunt de gentibus ea que gentiuz est hic memoratur.

¶Populus. Augs·pl̄us iste qui prior ductus est in captiuitatē ꝛ in tenebris viciorum erat: prior lucem p̄dicationis christi vidit· Deinde in omnes gentes euangelium disseminatum est. Vnde sequitur·habitantibus in regione·ꝛc.

¶Umbre mortis. Mors est in inferno· vmbra huius mortis sunt peccata que nunq̄ sine morte. Qui ergo vult fugere mortem: vitet vmbram.

¶Ex inde ꝛc. Postq̄ baptizatus est. Baptismus ydoneos facit ad p̄dicandum.

¶Exinde·id est·tradito iohanne: quia lege desinente sequitur euangelium: vt aurorā sol. Humilis magister qui doctrinam discipuli non impedit: sed expectat donec consummet cursum suum. In quo docet ne quis ab inferiore persona sermonem contemnat. vnde apostolus. Si cui reuelatum fuerit: prior taceat.

¶Penitetiam agite. Eadem que p̄eco p̄dicat: vt ostendatur non alius q̄ qui in voce clamauerat. Christus enim verbum quod clamat in Johanne organo· et in omnibus qui ab initio aliquid diuinitus dixerunt· et tamen iste solus vox quia per eum p̄sens verbum ostenditur quod alij longe nunciauerunt. Inter enim vocem ꝛ verbum nichil est medium: sed vt vox sonuit mox verbum percipitur· sicut Johannes clausus destitit: christus virtutibus claruit. Vnde Johannes est figura prophetarum et legis· qui vere sunt vox clamantis sapientie dei· quoꝝ Johannes est finis· quibus cessantibus solum verbum quod in eis sonuerat per se ostenditur.

¶Rab. Hec p̄dicatio christi in capharnaum choruscantibus miraculis incepta· dicitur post annum a baptismo incepisse vel sēm alios incepit calis maij. vt in eodem anno fuerit baptizatus ꝛ ieiunauerit· ꝛ aliquātis diebus interpositis: quibus fecit que iohannes scripsit. Baptista incarcerato p̄dicare cepit.

¶ Qui uocatur petrus. Vel qñ primum andreas adduxit eum: boc nomen inditum est ei. dum dicitur: tu vocaberis cephas quod interpretatur petrus. qđ hic videtur de futuro promittere. Vel qñ confessus est. Tu es christus filius dei viui: dictum est ei. Tu es petrus. & super hãc petram edificabo ecclesiam meam.

¶ Beda. Petrus agnoscens. Andreas virilis. quod doctoribus cõuenit: qr bi soli magisterio sunt apti; qui sapiẽtię luce illustrantur. & ꝓceptis dei obediunt. & alijs viriliter suggerunt.

¶ Bene primum petrum qui vocat obediens. & andreaz: qui vocatur fortis ponit: qr sine obedięntia nullus intrat. sine fortitudine nullus perseuerat. & bę germanę sunt virtutes. Quia vero primꝰ homo inobediens exiuit: secundus obediens ingressus est.

¶ Rab. Matheꝰ dicit post habitationem capharnaum discipulos vocasse. Johannes dicit qꝫ post aquam in vinum cõuersam venit ihesus capharnauz & mater eius & fratres & discipuli. Sed incertum ẽ vtrum illi iam adhę sissent vt hic recapitulando dicatur. q. priꝰ factum. an descendit se cum eo dicaꝫ discipuli: non qꝫ tũc discipuli: sed qr futuri. Ante autẽ qꝫ veniret ihesus in chana galylee andreas petrũ adduxit: sed nondũ discipuli.

† ¶ Quia vnitatem fraterne dilectionis probauit sine qua nullus in ordine predicatorum admittitur. † ¶ Qui interpretatur obediẽs. qui vocatus est quando andreas duxit eum ad ihesum.

galylee vidit duos † fratres † symonem qui vocatur petrum: et andrem † fratrem eius † mittẽtes rete in mare. † erãt enim piscatores. & ait illis. † Venite post me † faciã vos fieri piscatores hominum. † At illi continuo relictis retibus † secuti sunt eum. Et procedens inde vidit alios duos fratres iacobum zebedei & iohannem fratrem eius in naui cum zebedeo patre eorum reficiẽtes † retia sua & vocauit eos

¶ Agnoscens. ¶ virilẽ
† ¶ Intentos lucris vite presentis.
† ¶ Mundũ † ¶ Electi ad spiritualẽ piscationẽ scõm gratie electionem.
† ¶ Non tam pedibus qꝫ imitatione & affectu
† ¶ Aliter frustra laborat doctor nisi deus faciat vt proficiat.
† ¶ Ostendit personas non esse accipiendas ¶ repantes ad lucrum. † ¶ Concupiscentiaꝝ.

¶ Mittentes rete. Quia quos sepe terrenis lucris inhiare considerat. celestibus desideriꝫ aduocat. & per eos retiꝫ euangeliꝫ alios de profundo iniquitatis eripit. vñ subdit. Venite post me. f. u. f. p. ho. Matheus & marcus & lucas dicunt petrũ & andreã de piscatõne vocatos in galylea. Johannes iuxta iordanem ad testimoniũ iohannis baptistę primo andream secutum esse cũ alio cuiꝰ nomen tacetur. deinde petrũ. tercio philippum. Sed tunc iuxta iordanem viso dño: non ei inseparabiliter adhęserũt. Sed cognito quis esset: eũ mirati ad ꝓpria sunt reuersi.

¶ Piscatores. ¶ Piscaturus per piscatoria vadit loca. Mystice. Dñs incarnatus carnem suscepit: diuinitus vidit in mari mũdi spũales piscatores. & alijs quid essent ostendit quos ab eterno prẽuidit.

¶ Continuo. ¶ Perfecta obedientia est sua imperfecta relinquere. Relictis retibꝫ qr & si postea resumunt: non cupiditate & proprietatis amore. In his datur forma volentibus sequi.

¶ Mutatur intentio non piscatio. mutantur retia in doctrinam. cupiditas in amorem animaꝝ. fit mare sclm. nauis ecclesia. pisces boni & mali homines.

¶ Vidit alios duos. Ecce in his quattuor numerus euangelistaꝝ prefiguratur: qui animas a mũdo extrahunt de quattuor partibꝫ mundi. ¶ Bini & bini vocantur: qr caritas non nisi inter duos est. Vocatio dicitur vel scõm electionem gratię. vñ dicit. quos & vocauit ꝛc. Vel scõm illud. Multi sunt vocati.

¶ Queritur qñ matheus & marcus dicant binos vocasse ihesum. primo petrũ & andreã. postea iacobũ & iohannẽ: cũ lucas dicat in magna captura piscium petri & andreę socios iacobũ & iohannem fuisse vocatos: cuꝫ retia trahere non possent. & ihesum petro tandem dixisse: Noli timere: ex hoc enĩ iam boles eris. ca. sunt eos tñ subductis ad terram nauibꝫ secutos fuisse. Sed qđ lucas dicit prius factuꝫ est. nec tunc sunt a dño vocati: sed tm predictum est petro qꝫ homines caperet. non vt postea pisces non esset capturus. Vnde & dicit: subductis ad terrã nauibus. quasi redeundi cura. Postea vero (vt matheus & marcus dicunt) bini vocati sunt: & iussi sequi. Ideo autẽ piscatores illitteratos misit predicare: vt fides in virtute dei non eloquentia hominum putetur.

¶ Zebedei et. Zebedeus fugitiuus. i. dyabolus. Jacobꝰ supplantator qui adiuuatur a iohanne. i. a grã dei.

¶ Et vocauit eos. Vocauit & alios: sed sufficit nominare istos.

¶ Circuibat. Coadiutoribꝫ vocatis ꝓdicatõni insistit: docẽs impigꝝ esse debere doctorem.

¶ Docens in ſ. Docẽs de moribꝫ & actibꝫ subditos. Predicãs de futurę vitę contemplatiꝫ perfectis.

¶ Docẽs naturales iusticias castitatẽ. & humilitatẽ & similia: quę homo naturaliter habet. Predicans euãgelium regni. ad euangelium pertinet mysterium iustificationis hominum initium. beatitudinis promissio. peccatorꝫ remissio. adoptio. resurrectio. celestis hereditas. angelorum locietas.

¶ In synagogis Ne ociosus doctor in vacuum discurrat sed vbi sunt plures ꝓdicet.

¶ Euangelium regni. Quia iustificia est molesta viuẽti in carne. Labor iustificę non suscipitur. nisi merces operis expectetur. Ideo christus euangelizat beatitudinem: vt excitet ad

† perfecta est conuersio vbi cum cupiditate re
Illi autem statim relictis retibus
rum carnalis quoꝫ rumpitur dilectio.
et patre secuti sunt eum. Et circũ
† Ecclesiam.
ibat ihesus totam galyleam do
† Judeorum
cens in synagogis eorum et prę
† Non fabulas. sed que ad regnum eternum valent † ¶ Quo reges fiũt. quo datur regnũ
† ¶ Benignus sit doctor dare quecunꝫ beneficia potest.
dicans † euangelium † regni: & † sa
† Corpoꝝ. vel morbum inueteratum.
nans omnem † languorem & om
† ¶ aliam vt animarum. ¶ Non enim pauciores morbi animam vexant qꝫ corpus. ¶ Sic
nem † infirmitatem in populo. Et
† ¶ fama quam iudei obfuscant ¶ fama propter eos qui foris sunt q̃renda est: nõ tñ amanda
abijt † opinio eius in totam syriaz
& obtulerunt ei omẽs male habẽ
¶ grauib9. ¶ grauioribus et acutis
tes varijs languoribꝰ & tormẽtis
cõprehensos. & q̃ dęmonia hẽbãt
& lunaticos. & paliticos. & curauit
eos: & secutę sunt eũ turbę multę

¶ Docens in ſ. Docẽs de moribꝫ & actibꝫ subditos. Predicãs de futurę vitę contemplatiꝫ perfectis.

¶ Docẽs naturales iusticias castitatẽ. & humilitatẽ & similia: quę homo naturaliter habet. Predicans euãgelium regni. ad euangelium pertinet mysterium iustificationis hominum initium. beatitudinis promissio. peccatorꝫ remissio. adoptio. resurrectio. celestis hereditas. angelorum locietas.

¶ In synagogis Ne ociosus doctor in vacuum discurrat sed vbi sunt plures ꝓdicet.

¶ Euangelium regni. Quia iustificia est molesta viuẽti in carne. Labor iustificę non suscipitur. nisi merces operis expectetur. Ideo christus euangelizat beatitudinem: vt excitet ad bonī operis patientiam.

¶ Et sanans. Curare languorẽ et infirmitatẽ non fuit magnũ cũ postea morituri. Sed ideo factum: vt sic erigerentur ad regnũ. moraliter instruens predicatores etiã terrena subsidia subditis ministrare: & sic ad regnum trahere.

¶ Et abiit opinio. Opera salutis sine fama boni odoris non satis lucent auditoribus. nec fama sine opere proficit. sine quibꝰ forma veri sacerdotis non commendatur.

¶ Fama propter proximũ est necessaria. & maxime predicatoribꝰ. hęc predicta bona opera sequitur.

¶ Abijt opinio eius. i. fama eius in totã syriã. Syria est oĩs regio ab eufrate vsqꝫ ad mare magnum. a capadocia vsqꝫ in ęgyptũ in qua est. puincia palestina in qua iudei habitãt. Syria interpretat elata. Galylea volubilis vel rotata. i. mundus qui et superbus & ad ima semper rotatur. in quo fama christi innotuit per predicationeꝫ apłoꝝ. ꝑ quos saluati sunt. dęmoniaci. i. ydolatrę. lunatici. i. instabiles. paralitici. i. remissi & torpentes. paralisis grece: lat. dissolutio.

¶ In totam syriam. Vsqꝫ ad fastigium verę laudis per incrementa boni operis. Decebat magistrũ pontificũ testimoniũ laudis habere ab his qui foris sunt. vnde talibus infirmitates moꝝ liberius panduntur.

¶ Dęmonia habebãt. Allegoĩ. Dęmoniaci: ydolatrę. Lunatici instabiles. Paralitici: dissoluti & fluentes. Lunaticos dicit illos quorum morbus in ascensione crescit lunę: non qꝫ hęc insania sit per lunam: sed dyabolus qui insaniam facit lunaria tempora seruat: vt infamet & aturam in creatoris blasphemiam.

¶ Lunaticos et paraliticos. Inter hos fuerunt quidã de quibꝰ marcus & lucas plenius agunt.

¶ Curauit. Curat corpora: vt paratius audiant inuisibilia. Aliter parum erat moriturus curam impendere.

¶ Secutę sunt ꝛc. Quadripertitę turbę. s. alij propter celeste mysterium vt discipuli. Alij ob curationem infirmitatum. Alij sola fama & curiositate experiri volentes si verum esset quod dicebatur. Alij ꝑ inuidiam

volentes eum accusare et in aliquo capere. C. V.

¶ Uidens aũt ihe. Hnic rei consentit lucas dicens: Factũ est autem in illis diebus exĳt in montẽ orare·ꝛ erat pernoctans in oratione dei·ꝛ cum dies factus esset vocauit discipulos ꝛ elegit·xĳ·ex ipsis quos ꝛ apostolos nominauit. Sed lucas dicit post descensum de monte in loco campestri eundem sermonem turbis prędicasse stando·quem matthęus dicit habitum in monte discipulis sedendo. Potuit aũt esse vt in monte·xĳ·eligeret: qđ matthęus tacet: lucas dicit: ꝛ electis sermonem illum tũc haberet quẽ matthęus dicit lucas prętexerit. Et postĳ descẽdit: ꝛ alterũ sermonẽ similem turbis faceꝛ quẽ matthęus tacet: lucas dicit. Vel potuit dñs primo eẽ cũ solis discipulis in eminentia montis: qñ ex eis·xĳ·elegit· deinde cum eis descendisse in aliquã ęqlitateꝫ quę tñ esset in monte ꝛ multas turbas capere posset·ꝛ ibi stetisse donec turbę cõgregarentur·ꝛ post cũ sedisset ppi⁹ discipulos veniss·ꝛ ita illis ꝛ ęteris vnum sermonẽ habuisse: quem dicit matthęus ꝛ lucas diuerso narrandi ordine: sed eadem rerum veritate.

¶ Turba quę sequebatur: non ascendit. Vnde alius sermo eis fit in campestri. Non enim omnes omnia possunt qđ verius putatur q̃uis idem vtrisq; simul possit videri factus.

¶ Ascendit. Docens suos ascendere nec in turba rémanere: altiorem docturus iusticiam q̃ illam quę est scribaꝝ et pharisęoꝝ.

¶ Ascendit ipse mons in montẽ: vt altiora virtutũ culmina doceret·ꝛ ecclesiam supra quã sedet·ꝑdicans preceptũ dñi·sublimius erigendam ostenderet quã eadem doctrina vsq; ad finẽ scli plenius erudiret. Apostolos preeminentius abducit: vt a monte prius suscipiant montes pacem pplo.

¶ Sedisset. Sessio humanitatis per quã cognoscitur. Vñ. Et mundus eum non cognouit ante incarnationem.

¶ Accesserunt. Vt vicinius audiãt: qui ad implendũ animo ꝓperãt

¶ Et aperiens. Apertio oris profunditatẽ significat sacramẽti. Quasi abyssum·quasi thesauꝝ aperuit·quasi fluuiũ paradisi. Jn hoc mõte nouum testamentũ in cordibus filioꝝ scribit incipiens a beatitudine: qui in monte synai vetus testamentũ in lapidibꝫ seruis dedit incipiẽs a timore.

¶ Bti pau. Sniaꝝ nũerus diligẽter ẽ attendẽdus. Jncipit enĩ btitudo ab hũilitate. Btĩ pau·spũ·ꝛ in·vĳ· ẽ sapĩa·i·cõtẽplatio vitatis pacificąs totũ hoiez·suscipiẽs dei silitudinẽ. Btĩ paci·q·f·d v. Octaua ad caput redit: qr cõsũmatõz oñdit. Jn prima igit ꝛ·vĳ·regnũ ęloꝝ notat. Septẽ ģ sunt q̃ pficiũt·vĳ·clarificat·ꝛ qđ pfectũ ẽ demõstrat. His septẽ ģdibꝫ cõgruit septiformis opatio spũs sc̃i quã ysaias describit. Sz ille a sũmo hic ab imo: qr ibi docet filiꝰ dei descẽsur⁹ ad ima·hic hõ de imis ad silitudinẽ dei ascẽsur⁹. Jn bis primꝰ ẽ timor qui hic cõgruit hoĩbꝫ hũilibꝫ: de q̃ bus dr btĩ pau·i·ñ inflati·nõ alta sapientes: sed timẽtes. Secunda est pietas quę conuenit mitibꝫ. Qui enĩ pie quęrit honorat sancta·nõ reprehendit·non resistit quod est mitem fieri. Tercia: scientia quę conuenit lugẽtibus qui didicerunt quibus malis nunc vincti sunt·quę·q·bona petierũt. Quarta: fortitudo quę conuenit esurientibꝫ ꝛ sitientibus: qr desiderãtes gaudiũ laborãt de veris bonis·a trenis cupiẽtes auerti. Quinta ꝓsiliũ qđ ꝓuenit misericordibꝫ: qr vnũ remediũ ẽ de tãtis malꝰ erui·dimittere alĳs et ꝓmodare sic nobis volumꝰ fieri. Sexta intellectꝰ q̃ ꝓuenit mũdis corde q̃ purgato oculo pñt videre qđ oculus ñ videt. Septima: patiẽtia q̃ ꝓuenit pacificis in qbꝫ nullus motꝰ ẽ rebellis: sz oĩa obtẽpant spiritui. Vnũ premium diuerse nominatur pro competentia singulorꝫ. Pauperibꝫ regnum ęlorꝫ quod est perfectę sapientię·q·diceret. Jnitiuz sapientię timor domini. Mitibꝫ hereditas·q·testm̃ patris cum pietate quęrentibꝫ. Lugẽtibꝫ consolo·q·sciẽtibꝫ qbꝫ mersi sunt. Esuriẽtibꝫ ꝛ sitiẽtibꝫ saturitas·q·certãtibꝫ ꝛ laborãtibꝫ refectio. Misẽcordibꝫ misẽdia quã alĳs impendũt. Mũdis corde·q·purgato oculo visio dei. Pacificis: dei similitudo·q·formatis ad ymaginem dei.

¶ Hę single btĩtudines vt impleãt postulãt suffragiũ·vĳ·donoꝝ q̃ vna vt bẽantur in oratione dñica vĳ·pabꝫ oramꝰ. Ecce q̃lis sapĩa dei cũcta q̃nidit. Vt⁹ btũdis pcipit ex dono spũs sc̃i donũ pce orõnis quã xps cõposuit ipetrat.

¶ Septẽ quippe sunt dona: sed vn⁹ spũs. Septẽ petitiones: sz vna oratio. Vnam petĳ a domino banc requirã. Septẽ ẋtutũ btũdies vna caritas

¶ Je. Beati pauspũ. Quia non necessitas: sz fides ꝛ deuotio paupertatis beatos facit: vt contemptis omnibꝫ deo viuãt Hęc habet duas partes·rex abdicationẽ· et spũs contritionem vt etiam bonus se inutilem ꝛ ęteris reputet inferiorẽ. Btĩtudo iã in spe pueniẽdi

¶ Pauperes spũ hi sunt qui omĩa habẽt ꝛ nichil possident.

¶ Pauper spũ est hũilis corde paupertẽ spm̃ hñs: nutrit cuiꝰ est hũilitas.

Sicut initium sapientię timor dñi: sic pauptas est principiũ beatitudinis.

¶ Beati mi. Mites sũt q̃ malꝰ moribꝫ dñant. pfecta ẋtus ẽ moꝝ posse

¶ Mitis est quem mentis asperitas seu amaritudo non afficit: sed simplicitas fidei ad omnem iniuriam sustinendam instruit patienter.

¶ Mitis ẽ quẽ ñ rãcor ꝛ ira afficit: sz oĩa ęqnimiꝰ sustinet. Hui⁹ ẋtutis·q· magnę magr̃m se facẽ dñs: qđ ñ facez nisi via sũmę pfectõis ista ẋtⁱ⁹ eẽtvñ dñs. Discite a me: qr mi·s·et hu·c· Hęc possidet terrã viuentiũ ꝛ delectabiꝰ in multitudine pacis.

¶ Mansuetus non irritat vel irritaꝰ: non nocet vel nocere cogitat.

¶ Qui cedunt improbis ꝛ vincũt in bono malũ: hi possidebũt terrã viuentium. Immites de terrenis rixantur.

¶ Congrua ascensio. Prius est contemptus scli cui dant ęterna· inde mores tẽperat mansuetudo ꝛ lenitas·ꝛ ñ ẽ mitis q̃ prius paup non fuerat Jmpossibile est enĩ secundũ gradũ ascendere· nisi primũ apprehenderis: qr inter diuitias curas odia animus non est mitis. Sed hui⁹ incendĳ materia vix ad purũ delebitur·ꝛ ideo hęc lenitas sępe corrũpit vel extrahit. vñ subdit. Beati qui lugẽt·pro suis vel alioꝝ peccatis qui est ab iniquo inferiori: sed qui fit ab iniquo superiori est ex desiderio ęlestis patrię·ille lauat pñtes sordes·hic accendit acrius ęternoꝝ amatores·qui aũt peccata deposuit·mores mansuetudine correxit: fleuit etiã iam põt esurire ꝛ sitire iusticiã qđ prius nõ poterat·hęc virtus sine spũ fortitudinis ñ implet· qr per cũ esuriendo ad satietatẽ q̃ndoꝝ veniemus.

¶ Beati qui lugẽt. Restat post predicta ruinaꝝ colluuionẽ luctu purgare. Luctus pro pãs vel pro desiderio ęlesti consolonẽ meret·ꝛ ñ aliꝰ.

¶ Hi scientię spũ illustrãtur: vt sciãt quibꝫ malis inuoluantur.

¶ Beati qui esuriũt. Amatores veri boni qbꝫ ñ satis ẽ q̃ iusti sunt sed semp sitiunt opus iusticię.

¶ Justicia ẽ sua cuiq; tribuere. Sibi ꝛ pxĩs ꝛ deo. hęc iusticia ñ plene implebiꝰ donec dꝰ sit oĩa in oĩbꝫ. Jdeo ẽ possumus esurire ñ saturari.

¶ Justicię lumẽ ẽ misẽdia·misẽdię vtⁱ⁹ iusticia·ẽ misẽdia eget spũ ꝓsilĳ·si ne q̃ nẽo circũspecte miserer. Jnitiũ ẽ sui miberi·finis ẽ ꝑ alio mori. Ordo enĩ ẽ miserẽdi vt vnusq̃sq; incipiat a se·finẽ xps insinuat ꝑ pcõibꝫ mortuus et misericordia.

¶ Beati misericordes. Misẽdia nascit de ꝓcedẽtibꝫ. qr si ꝓcesserit

ꝟ Qui transmigrant ad virtutes ꝟ ꝟ Quedaz regio est·x·tribuum·qui·x·precepta seruant ↑ ꝟ Quos visio pacis ꝛ confessio illustrat.

de galylea et ↑ decapoli et de ↑ hie

↑ ꝟ Qui baptismo transposito terram promissionis intrant: gressu fidei christum sequẽtes.

rosolimis ꝛ de iudea·ꝛ de ↑ trans

iordanem.

C. V.

¶ Uidens autez

↑ ꝟ Quasi multitudinem vitans

ihesus turbas ↑ ascẽdit

vt solus discipulis loqueretur

ꝟ ꝟ dignitas magisterii notatur. ꝟ Sessio est incarnatio in qua docet. ↑ ꝟ vocati. ꝟ per

in montem· ↑ Et cum sedisset: ↑ ac

fidem interius.

cesserunt ad eum discipuli eius.

ꝟ Hec circũlocutio longiorem promittit sermonem. ꝟ Significat se multa ꝛ magna dicturũ. ꝟ thesaurũ sapientie aperit vt bona diuidat suis ꝟ Oris apertio mysterioꝝ que in prophetis est reseratio. ↑ ꝟ Non tantũ verbo: sz intus in corde scribendo vt deus·nunc verus homo qui prius aperuit oꝛa prophetarum.

Et aperiens os suum ↑ docebat

↑ ꝟ humiles deuz timentes. vnde bene incipit qr initiuz sapientie timor domini·ut superbia est initium peccati qua petitur regnum terre. hic regnum celorum.

eos dicens: Beati ↑ pauperes

ꝟ voluntate ꝟ ꝟ In spe: que beatos facit

spiritu: quoniam ipsorum est ↑ reg

ꝟ pauperibus cõuenienter in presenti promittũtur diuitie celestes. ↑ ꝟ Sine asperitate mẽtis et sine liuore.

num cęloꝝ. Beati ↑ mites: qm̃ ip

↑ ꝟ viuentium·pro stabilitate ꝛ soliditate.

si possidebunt ↑ terram. Beati qui

ꝟ pro peccatis suis ꝛ alioꝝ·spreto mundo mũdo desiderio celorũ ꝟ ꝟ Spiritu paraclito de eterna leticia. ꝟ propter consolationem beati.

lugent: ↑ qm̃ ipsi consolabuntur.

ꝟ ꝟ Esuries iusticie spiritu fortitudis sulcitur ↑ ne in via lassescant.

Beati qui ↑ esuriunt et ↑ sitiunt

↑ ꝟ Adepto quod desiderant.

iusticiam: quoniam ipsi ↑ satura

ꝟ Qui aliis in quibus libet assistunt·quibus hoc a deo rependitur vt liberentur a miseria. ꝟ Misericordia est dare ꝛ dimittere.

buntur. Beati ↑ misericordes quo

↑ ꝟ Judicium sine misericordia fiet ei qui noluit misereri.

niaz ipsi ↑ misericordia consequẽt

¶ Septẽ quippe sunt dona: sed vn⁹ spũs. Septẽ petitiones: sz vna oratio. Vnam petĳ a domino banc requirã. Septẽ ẋtutũ btũdies vna caritas

¶ Je. Beati pauspũ. Quia non necessitas: sz fides ꝛ deuotio paupertatis beatos facit: vt contemptis omnibꝫ deo viuãt Hęc habet duas partes·rex abdicationẽ· et spũs contritionem vt etiam bonus se inutilem ꝛ ęteris reputet inferiorẽ. Btĩtudo iã in spe pueniẽdi

¶ Pauperes spũ hi sunt qui omĩa habẽt ꝛ nichil possident.

¶ Pauper spũ est hũilis corde paupertẽ spm̃ hñs: nutrit cuiꝰ est hũilitas.

Sicut initium sapientię timor dñi: sic pauptas est principiũ beatitudinis.

¶ Beati mi. Mites sũt q̃ malꝰ moribꝫ dñant. pfecta ẋtus ẽ moꝝ posse

¶ Mitis est quem mentis asperitas seu amaritudo non afficit: sed simplicitas fidei ad omnem iniuriam sustinendam instruit patienter.

¶ Mitis ẽ quẽ ñ rãcor ꝛ ira afficit: sz oĩa ęqnimiꝰ sustinet. Hui⁹ ẋtutis·q· magnę magr̃m se facẽ dñs: qđ ñ facez nisi via sũmę pfectõis ista ẋtⁱ⁹ eẽtvñ dñs. Discite a me: qr mi·s·et hu·c· Hęc possidet terrã viuentiũ ꝛ delectabiꝰ in multitudine pacis.

¶ Mansuetus non irritat vel irritaꝰ: non nocet vel nocere cogitat.

¶ Qui cedunt improbis ꝛ vincũt in bono malũ: hi possidebũt terrã viuentium. Immites de terrenis rixantur.

¶ Congrua ascensio. Prius est contemptus scli cui dant ęterna· inde mores tẽperat mansuetudo ꝛ lenitas·ꝛ ñ ẽ mitis q̃ prius paup non fuerat Jmpossibile est enĩ secundũ gradũ ascendere· nisi primũ apprehenderis: qr inter diuitias curas odia animus non est mitis. Sed hui⁹ incendĳ materia vix ad purũ delebitur·ꝛ ideo hęc lenitas sępe corrũpit vel extrahit. vñ subdit. Beati qui lugẽt·pro suis vel alioꝝ peccatis qui est ab iniquo inferiori: sed qui fit ab iniquo superiori est ex desiderio ęlestis patrię·ille lauat pñtes sordes·hic accendit acrius ęternoꝝ amatores·qui aũt peccata deposuit·mores mansuetudine correxit: fleuit etiã iam põt esurire ꝛ sitire iusticiã qđ prius nõ poterat·hęc virtus sine spũ fortitudinis ñ implet· qr per cũ esuriendo ad satietatẽ q̃ndoꝝ veniemus.

¶ Beati qui lugẽt. Restat post predicta ruinaꝝ colluuionẽ luctu purgare. Luctus pro pãs vel pro desiderio ęlesti consolonẽ meret·ꝛ ñ aliꝰ.

¶ Hi scientię spũ illustrãtur: vt sciãt quibꝫ malis inuoluantur.

¶ Beati qui esuriũt. Amatores veri boni qbꝫ ñ satis ẽ q̃ iusti sunt sed semp sitiunt opus iusticię.

¶ Justicia ẽ sua cuiq; tribuere. Sibi ꝛ pxĩs ꝛ deo. hęc iusticia ñ plene implebiꝰ donec dꝰ sit oĩa in oĩbꝫ. Jdeo ẽ possumus esurire ñ saturari.

¶ Justicię lumẽ ẽ misẽdia·misẽdię vtⁱ⁹ iusticia·ẽ misẽdia eget spũ ꝓsilĳ·si ne q̃ nẽo circũspecte miserer. Jnitiũ ẽ sui miberi·finis ẽ ꝑ alio mori. Ordo enĩ ẽ miserẽdi vt vnusq̃sq; incipiat a se·finẽ xps insinuat ꝑ pcõibꝫ mortuus et misericordia.

¶ Beati misericordes. Misẽdia nascit de ꝓcedẽtibꝫ. qr si ꝓcesserit

vera humilitas·z animus mãsuescat·z suos et alioꝝ casus fleat·z iusticiã
esuriat: post nascatur vera misericordia. Tunc enim miserias alienas faci
et suas z pro viriby iuuabit·si iuuandi facultas deest: compassio non de
erit·de hac dicit·Estote misericordes·si·z pñ·uc·mi·ẽ·i·ad hoc misereami
ni ad qđ z deus vt bonitas redũdet in omniby.

¶Misericordia sine iusticia remissio z cupiditas. Justicia sine misericor
dia seueritas et austeritas dicitur.

Bti mũ·c: Mũdi
cia cordis·vi·loco po
nit: vt hõ secta die cõ
ditus per hanc resti
tuatur·z depulsis vi
cijs preceptũ dñi il
luminet oculos vt de
us possit videri. Pre
missis ergo quinq; ꝯ
dibus purgandus est
mentis oculus: ne in
vno mandatoꝝ offẽ
sus animus fiat om
nium reus. Jdeo ho
mo se a mũdo exuat:
eterna diligat: am
plectatur deum: quo
adusq; possit videre
eum quem tm̃ videt
quantũ seculo morit.
In futuro sic ẽ ocu
lo mentis videbitur.
Jdeo spũs intelligẽ
tie huic gradui adap
tatur: qz intellectus mentis oculus est·z expletio mandatoꝝ dei aperit in
tellectum.

Quos non arguit conscientia peccatoꝝ·tem
plum enim dei sanctum est. † Sic per spem: si
lic per rem..

Beati mundo corde: qm̃ ipsi † deũ

videbunt. Beati pacifici quoniã

filij dei vocabuntur. Beati qui p
† Non propter scelera·vbi non est fides·nec
secutionem patiuntur propter † iu
est iusticia: quia iustus ex fide viuit.
sticiam: quoniam ipsoꝝ est regnũ
† Ex odio in faciem contumelias dixerint.
celoꝝ. Beati estis cum † maledixe
† Persequi est vim inferre vel insidiis appe
tere.
rint vobis homines z † persecuti
† Cum absentium famam leserint. † Om
nia genera verboꝝ malignantium.
vos fuerint z † dixerint † oñe ma

¶Beati pacifici. Rab·Pacifici sunt qui oẽs motus animi componũt·
et rationi subijciunt·qz his nichil repugnat qui similes patri suo sunt qui
impositis manibus suis interro-
† ꝙ Maiestatez. a magnitu die enī creature cogno
gauit eum si aliquid† videret. Et a
scitur creator.
spiciens ait. Videō homies velut
arbores ambulantes. Deinde ite
rum imposuit manus super oclos
ꝙ Mundo corde
eius. z cepit videre z restitutus ē.
ita vt clare videret omia. Et misit
ꝙ Cor.
illum in domum suaz dicens: Va
de in domum tuam. z si in vicū in
ꝙ Hiero. id est. cecitatē tui cordis predica: nō vin
dictam. vnde paul⁹ blasphemus fui et persecut⁹
troieris nemi dixeris. Et egressus
sum ecclesiam dei.
est Ihesus et discipuli eius in ca
ꝙ Nec in eundo
stella cesaree philippi. et in via in
docere cessat.
terrogabat discipulos suos dicēs
eis: Quē me dicūt esse homines:

¶ Primō autem videt homines quasi arbores ambulantes. id est. formā corporis: ita vt non sit facile an homo sit an arbor discerni: quia primus profectus virtutis est ceteroꝝ vires vitam mores inspicere. bonum imitari. malum cauere. Sed quia longa obscuritate desipuit. z inter bonum z malum fidem z perfidiam. sinceritatem z simulationem adhuc discernere nescit: homines cernit ambulantes sicut arbores: qz facta eoꝝ absqꝫ luce discretionis videt. Huic dominus secunda impositione manuum lucem omnia clare videndi restituit. sez q̄d credenduz. quomodo viuendū. quę premia sint speranda.

¶ Deinde itez ꝛc. Hiero. Vt clare videret omnia. id est. per opera visibilia inuisibilia intelligeret. z quę oculus non vidit. et clarum animę sue statuz post rubiginem peccati mundi cordis oculo contempletur. Beati enim mundo corde q̄niam ipsi deum videbunt.

¶ Et misit illum. Hiez. Vt videret in se quod ante nō vidit non enim putat desperans homo de salute. omnino posse se. quod facere illuminatus per spē potest perficere.

¶ Mysti. Admonet dominus omnes q̄ agnitione veritatis illustrantur: vt ad cor redeant. z quantum sibi donatum fuerat solicita mente perpēdāt q beneficijs dei digna operatione respondeant.

¶ Nemini dixeris ꝛc. Beda. Qz a nationē silere iubet: et emplum est suis. ne si miranda faciant fauorem quęrant: sed diuinis aspectib sint placere contenti.

¶ B. Philippus frater herodis tetrarchaitureę. z tracōitidis regionis in honore tyberij cesaris. cesareā philippi (quę nunc paneas dicit) appellauit. imitatus herodem patrē suū q̄ in honore augusti cesareā: quę pri⁹ turris stratonis vocabatur. Cesarea philippi est. vbi iordanis oritur ad radices libani. z habet duos fontes. vnum ior. alterum dan. qui simul mixti iordanis nomen efficiunt.

¶ Quē me dicunt esse homines. ꝛc. Pulcre primo sententiam hominum interrogat: ne confessio eoꝝ vulgi opinione: sed veritatis agnitione videatur firmata. ne sicut herodes de auditis hesitare putētur. Vnde petro scdm matthęū dicit. Caro z sanguis non revelauit tibi. id est doctrina hominum.

¶ Homines. Pulchre qui hominum more diuersam de domino sententiam ferunt homines dicuntur. Nam qui veritatē potentię eius pia mente cognoscunt. non homines sed dij appellari merentur. vnde dicit illis. Vos vero ꝛc.

Quasi illi homines humana opinantes: sed vos dij quem me esse dicitis?
¶Tu es christus ⁊c. B. Omnia ꝓplectitur qui ⁊ naturā ⁊ nomen ex primit: in quo summa virtutū. ℙaulus dicit. Nichil iudicaui me scire inter vos. nisi Jhm christū ⁊ hunc crucifixū. ℙetrus nichil amplius ꝙ dei filium putauit ꝓfitendū. Nos ⁊ quando ⁊ qūo natus sit. ⁊ quantus sit. humanę infirmitatis ꝓtemplatione rimamur. Finis ergo fidei meę xp̄s est. finis fidei meę dei filij est. Nō licet michi scire generatōis seriē. Non licet tm nescire generationis fidem.

¶Et commina/tus est. Be. Noluit se ante passionem ⁊ resurrectionē prędicari. qꝝ completo sanguinis sacramento apostolis opportuni? dicit: Euntes docete gentes. baptisantes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ spūs sancti: quia non prodesset eum publice prędicari quem flagellatum sunt visuri. ⁊ crucifixuꝝ multa pati.

¶Quonia oport/tet ⁊c. Hiero. Sicut gubernator peritus tēpestatem in tranquillitate precauens. nautas paratos vult esse suos. Sicut alibi. Si quis vult venire ē post me a. s. i.

¶Et apprehen. Beda. Amantis affectu dicens: Absit a te domine. Vel vt melius in greco habetur. Propicius esto domine. non erit istud. id ē. non potest fieri. nec recipiunt aures meę: vt dei filius occidendus sit.

¶Beda. Et apprehendens eum petrus. Quia nimis amat dominum. ⁊ quia confitē do dixit. Tu es christ? et premium suum audiuit scōm matthęum Beatus es symon b. ⁊c: non vult destrui cōfessionez suam. nec putat posse fieri. vt dei filius occidatur. apprehenditqꝫ eum in affectum suum. vel separatim ducit. ne presentibus ceteris magistruꝫ videatur arguere:

Qui responderunt illi dicentes.
Johannem baptistam. alii helyā.
ſ nō dominū prophetaꝝ opinātes.
alii vero q̄si vnū ex ꝓphetis. Tūc
ſ uos qui dii.
dicit illis. Vos vero quez me esse
ſ B. vnus pro omnibus: omnes enim idez sciebant.
dicitis? Respondens petrus ait.
Tu es christus. ⁊ comminatus est
† ſ Premunit ne passione deficiant ſ Causa quare non dicant.
ſ Eum filium dei esse.
eis: ne cui dicerēt de illo. † Et cępit
docere illos quoniam oportet filiū
ſ Nota q̄ eum quem tot pati oporteat filium hominis appellatiqꝫ passo in carne christo diuinitas impassibilis mansit.
hominis multa pati. ⁊ reprobari a senioribꝫ ⁊ a summis sacerdotibus ⁊ scribis. ⁊ occidi. ⁊ post
ſ Spe resurrectionis confortat.
tres dies resurgere. Et palam verbum loquebatur. Et apprehēdēs
ſ de morte. resurrectōe. ſ Seorsum.
eum petrus cępit increpare eum.
ſ Ad discipulos.
Qui ꝓuersus ⁊ videns discipulos
suos: ꝓminatus est petro dicens:
ſ Non contra ſ Aduersarius siue contrari? qꝝ contraria loqueris voluntati mee
Vade retro satbanas: quoniā nō
ſ ut pro salute hominū moriar.
sapis ea quę dei sunt. sed quę sunt
ſ Prius solis discipulis loquebatur altiora archana.
hominum. Et ꝓuocata turba cum
ſ siue discipul?
discipulis suis: dixit eis. Si quis
siue alius. ſ Alter factus ex altero
† ſ ueterem hominē exuat. nouū induat. vnde paulus. uiuo ego iam non ego. v. a. i. m. christus
vult me sequi deneget † semetipsuꝫ
mactare quod est.
¶Nisi ꝙs a semetipso deficiat: ad deū qui supra ipsum est nō appropinqt
¶Tollat crucē suam. Vel per abstinentiā macerando corpus. vel p compassionem animum. De corpore dicit paulus. Castigo corpus meū et in s. r. ⁊c. Idez de compassiōe animi. Quis infirmatur: ⁊ ego nō infirmor?
¶Qui enim uo. Beda. Duo tempora ecclesię significat. aliud persecutionis. quando ponenda est anima. aliud pacis qñ frangenda sunt desideria terrena. vnde sequitur. Quid enim ꝓderit homini ⁊c.

et tollat crucem suam et sequatur
ſ Acsi dicatur agricole: frumentū si seruas perdis
me. Qui enim voluerit animam
suam saluam facere: perdet eam.
ſ Si seminas renouas
Qui autem perdiderit animā suā
propter me ⁊ euangelium: saluam
† ſ Quasi in aduersitate perdenda est anīa. in pace? cōmuniendū omni custodia
‡ ſ tempore pacis. qꝝ licet viuere. licet ambire
eam faciet † Quid enim ‡ ꝓderit
homini si lucretur mundum totuꝫ
et detrimentum faciat anime suę?
Aut quid dabit homo ꝓmutatōis
pro anima sua. Qui enim me con
ſ Corde. ore. opere
fessus fuerit ⁊ verba mea in generatione ista adultera ⁊ peccatrice:
et filius hominis ꝓfitebitur eum
cum venerit in gloria patris sui
cum angelis sanctis.

¶C. IX.

Et dicebat il
ſ Consolatoria promissio
lis. Amen dico vobis
ſ discipulis
quia sunt quidam de hic stātibus
ſ ad horam habitaturi uitam eternam
ſ corporalem
qui nō gustabunt mortem: donec
ſ Ecclesiam ſ alias. uetentis uel uiuentis
videant regnū dei † veniens in virtute. Et post dies sex assūpsit ihūs

¶Qui enim me. Quia multi auaricia vincunt. labentia despiciunt: sed fidei rectitudinem quam habēt verecundia impediti: non exprimunt voce. addit qui enim me ⁊c

¶C. IX

¶Amen dico ⁊c. Beda. Cum de futura vita loqueretur iō necessarium fuit vt hꝫ promitteret de presenti vita: vt rudes adhuc discipuli hac consolatione confortarentur. sicut ꝺ iudaico populo dicitur. Dedit illis regiones gentium et l. p. p. vt custodiant iustificationes eius. et l. e. r.

¶Regnum dei ⁊c Id est. Ecclesiam contra mundi hui? gloriā erectam. Vel futuraꝫ ī cęlis beatitudinē: quā ī mōte viderunt. Ꝺ pia prouisione factuꝫ ē vt eternū gaudium tamsi ad breue momentum prelibatum. ad aduersa ferēda fortius animaret.

¶Et post dies sex ⁊c. Hiero. Post commination? crucis. resurrectionis gloria ostenditur. Vnde sequit. Et post ꝺi. vi. ⁊c. vt non timerent obprobria crucis: qui oculis suis viderāt gloriam future resurrectionis.

¶Beda. Et post dies sex. Lucas: Factū est autem post hęc verba fere dies octo ⁊c. Octauo die resurrectionis gloriā manifestat: vt ostensa cęlestis vitę dulcedine: cunctoꝝ corda quę hoc audire possunt refoueat. ⁊ octonario numero verū tempore resurrectionis gaudiū doceat esse venturum. Ipse enim post sextam sabbati qua crucem ascendit. ⁊ septimā qua in sepulcro quieuit a mortuis resurrexit. ⁊ nos post sex hui? ſculi ętates in q̄ bus pro domino pati gaudem?. ⁊ septimā animaꝝ quę interim in alia vita agit. octaua ętate resurgem?. Qꝝ autē matthęus ⁊ marcus dominū p? sex dies transfiguratū dicunt: nec tempore nec mysterio discrepant. Illi enim medios dies tantū ponunt. Vnde ⁊ absolute post sex dies dicūt factū. Hic ꝑmū quo hoc dñs promisit ⁊ vltimū; quo compleuit adiungit. ⁊ ideo temperantius ponit: fere dies octo. Et mystice. Illi post sex mundi ętates sanctis ab omni labore quiescendū. hic vero tēpore octauo significat esse resurgendū. Vnde sextus psalm? pro octaua inscribit. Dñe ne in furore tuo ⁊c. quia per sex ętates quibus operari licet: preciby est insistendū. ne in octauo

retributionis tempore ab irato iudice corripiamur.

¶ In montem excel·Be. In montē vt oraret·scōm lucam. In montem oraturus z sic transfigurandus ascendit·vocens eos qui fructū resurrectionis expectant·qui regem in decore suo videre desiderant·mentē in excelsis habere·z ptinuis preaby incūbere, Tres solummodo discipulos secū ducit·vel qz multi vocati pauci electi·vel qz qui fidem sanctę trinitatis incorrupta mente seruauerint: tunc ętema eius visione merebuntur lętari.

¶ Trāsfiguratus Beda Non verā substantiā carnis amisit: sz gloriam futurę suę vel nostrę resurrectionis ostendit. Talis p⁹ iudicium cunctis apparebit electis. In iudicio in forma serui z bonis et malis: vt impij quē sprenere· quem in dei negauere· milites quē crucifixere· pylat⁹ herodesqz quē iudicauere queant iudicem agnoscere.

¶ Et uestimenta Vestimenta domini sancti. Vnde qui in xpo b·e·r·in·Hęc domino in mundo manēte videbantur despecta: sed ipso montem petente nouo candore refulgent. Quia nunc quidem filij sum⁹ dei: sed nondum apparuit quod erimus. Cum ergo apparuerit similes ei erimus quia videbimus eum sicuti est·vñ subdit. Qualia fullo·

¶ Et apparuit illis ꝛc. Moyses sanctus mortu⁹·helias vivus in cęlum raptus· visi in maiestate cū domino (vt lucas dicit) futuram in illo omniū sanctorū gloriam significant·qui tempore iudicij vel viui in carne reperiētur vel mortui.

¶ Helyas cū mo Beda. Legislator z eximius pphetaꝝ apparent·loquūtur cuz dño in carne viuente ostendentes ipsum esse quem lex z prophetę promiserunt non in infimis sed in monte cum illo·quia qui terrena desideria mente transeūt solui maiestatē scripturę santę quę in dño impleta est perspiciunt.

¶ Rabbi ꝛc. Quānis stupefact⁹ insitū tñ affectū sibi indicat·oblit⁹ sanctis regnū promitti·nō in terris sed in cęlis·z se z coapostolos mortali carne indutos immortalis vitę statū subire nō posse·z domū manufactā necessariā nō esse. Legi quoqꝫ z prophetis z euāgelio tria tabernacula facere cupit: cum nō possint separari·vnū habentia tabernaculū·i· ecclesiam dei.

¶ Bonum est nos. Multo ergo melius choris sanctorū interesse·dei tatis perfrui visione: si sic delectat bīanitas christi transfigurata·z duoꝝ societas ad punctū ostensa.

¶ Nubes obumbrans. Vñ qz quesiuit materiale tabernaculū·nubis accepit vmbraculū·vt discat in resurrectōne nō tegmine domoꝝ: sz spiritussancti sanctos esse protegendos.

¶ Hic est filius meus·Quasi hic vere est ille quē moyses iste vob promisit·huic auscultate·et omnes auscultare iubete. Nota qꝫ sicut in baptismo·sic in mōte mysteriū trinitatis declaratur: qz gloriā ei⁹ quā in bapti smo credētes pfitemur: ī resurrōe vidētes collaudabim⁹. Hic spūs in nu be lucida: illic ī colūba·qz quā pcipit fidē qsqs simplici corde huat: tūc luce aptę visionis quā crediderat ptemplabit· ipaqꝫ illustrabit gratia z in perpetuū protegetur.

¶ Et statim circū spi·B·Cū fieret vox sup filiū hoīs inuent⁹ est ipse solus. Qz cuz manifestauerit seipsuz electis: erit de⁹ oīa in oīb·imo ipse cū suis vn⁹ p oīa xp̄s·i·caput cū corpe splēdebit, vñ Nēo ascē·in·cę·nisi q descē·d·c·f·h·q·e·i·c·

¶ Precepit illis Nō vult gloriā regni futuri z triūphi quā in mōte oīderat publice ꝓdicari: ne z incredibile eēt pro magnitudīe z p⁹ tātā gloriā apud rudes aīos sequēs crux scādalū faceret.

¶ Verbū cō. Hiez id ē·cū absorpta mors fuerit in victoria: non erūt ī mēoria pora·cū abstulerit dns lorde filię syō· auferēs omnē lacrimā ab oculis eoꝝ.

¶ Quid ergo di· Tradūt scribę ꝑ malachiā qꝫ helias vēiat añ aduētū saluatoris z reducat corda patrū ad filios·z filioꝝ ad prēs eoꝝ· z restituat oīa in antiquū statuz. Existimāt ḡ discipli hāc aduentus glīaz esse. quā viderāt in monte. z dicūt: Si iā veisti in gla quare ꝓcursor tuus nō apparet: maxime qz vident recessisse helyam.

¶ Restituet omnia. ꝛc. Scilicet quer tet coꝝ patrum ad filios· et coꝝ filioꝝ ad prēs. Restituet enim morti qđ dz z diu viuendo sustulit· vnde addit. Et quomodo scriptum est. Quasi sicut de xpi passione ꝓphę multipharie scripserūt: sic z helyas multa passur⁹ est. Restituet ḡ oīa·primo corda hoīm illi⁹ tpis ad credendū in christo·resistendū antichristo. deinde ponet aīam pro xpo.

¶ Turbam magnam Hiero·Non est requies sub sole·semp occidit paulos inuidia·magnos petiūt fulgura·montes·alij discētes cū fide· alij inuidentes cum fastu ad ecclesiam veniunt.

¶ Conquirentes. B. Quid ꝙrerēt euāgelista ñ dic. Sz pōt intelligi de ḃ qōnē motā fuisse q̄re discipli dęmoīacū q̄ in medio erat ñ possent liberare: Hoc enī ex sequētibꝫ ꝓcipi pōt. Et interrogauit eos ꝛc.

¶ Be. Nō ꝙ loca rebꝫ ꝓgruūt. In mōte orat·trāsformat· discipul' archana suę maiestat⁹ apit·imo a turba excipit· misoꝝ fletu pulsat. Sursū discipul' mysteria regni rebat·deorsū tur bā pcā ifidelitat⁹ exprobrat. Sursū vocē pīs bis q audire poterāt pādit·deorsū malos spūs expellit. Nūcꝙ meritoꝝ qualitate alijs ascendere·alijs non desistit descendere.

¶ Et interrogauit. Hiez. Scit z interrogat: vt pfessio pariat salutē z murmur cordis nostri sermonibꝫ soluat' prius·vt est. Dic iniq̄tates tuas

prius vt iustificeris.

Et dixi discipulis tuis. Latenter culpam obliquat in discipulos: cum sepe curatio non curantium sed curando impediatur vicio.

O generatio incredula. Non homini irascitur sed vicio. Non tedio affectus hoc dicit: sed vt medicus egro cõtra precepta agenti. Et arguit per vnum indos incredulitatis

Statim spũs contur. Quia dum post peccatum ad dominum conuerti volumus: magis a dyabolo impugnamur vt ut excutiat virtutem vel vindicet suam expulsionem.

Ab infantia ꝛc. Hiero. Sigcat gẽtilẽ populũ cui a natiuitate increuit cultus y dolox: vt stulte immolaret filios suos demonijs. Vnde sequitur. Et frequenter eum et in.i.ꝛ.i.a.m. Alij enim ignem: alij aquam venerabantur.

Adiuua icre. ꝛc Hiex. Credulitas nostra ut rostrata lingua infirma est nisi innixa adiutorio dei. Fides cum lacrimis optata vota capit: vt est. Fiat tibi scõm fidem tuam.

Surde ꝛ mute spũs. Spiritui imputat quod homini ꝓ stat. dum ille audiret neqꝫ loqueretur quod peccator pnitens audit ꝛ loquitur. Exi ab eo ꝛ amplius ne introeas in eum. Exiens ab homine nunqꝫ reuertitur: si cor suum seruauerit clauis bumanitatis. ꝛ hostium obtinuerit homo munitatis. vnde. Esto michi in deum protectorem. ꝛ in locum mu. vt salme facias.

Discerpens. ꝛc Hieron⁹. Discerpit dyabolus appropinquantes ad salutem. quod est ei esca dilecta. quos in ventrẽ suum trahere desiderat per terrores ꝛ damna vt Job.

Factus ẽ sicut mor. Ihc ꝛc. Sanatis enim dicitur. Mortui enim estis. ꝛ vita vestra a. est cũ xpo i. d. Vnde infirmitas christianorum ñ est mors: sed mortis similitudo.

† ſ De precãdo per conquestionẽ exponit incõmoda filii.

de turba dixit. †Magister attuli filiũ meũ ad te hñtẽ ſpm̃ mutũ qui vbicunqꝫ eum apprehenderit alli

ſ Hiero. Allego. Peccatorꝫ spũat stultícia ſ Iracundia.

dit eũ. ꝛ spumat ꝛ stridet dentibus ſ Ignauia.

ꝛ arescit. Et dixi discipulis tuis vt eicerent illum: ꝛ non potuerunt.

Qui respondens eis dixit. O ge/

ſ Quasi incredulitas ũra ipedit salutem.

neratio incredula. quandiu apud vos ero? Quãdiu vos patiar? Af

ſ Puerum non demonez. vt ostendat illũ demonio traditum propter peccatum suum uel parentum.

ferte illum ad me. ꝛ attulerunt eũ Et cum vidisset illum: statim spiritus conturbauit eum. ꝛ elisus in terra volutabatur spumans. Et in

ſ Non quasi ignorãs interrogauit: sed ut diutur nitas infirmitatis ostensa curationẽ gratiorem faciat.

terrogauit patrem eius. Quantũ temporis ẽ ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantia. Et frequẽ

ſ Moraliter. ire uel libidis. ſ Cupiditatis

ter eum ꝛ in ignem ꝛ in aquas mittit vt eũ perderet. Sed si quid potes adiuua nos misertus nostri.

ſ Libertatẽ arbi

Ihesus autẽ ait illi: Si potes credere. omnia possibilia sunt credenti. Et ꝛtinuo exclamans pater pueri cum lacrimis aiebat: Credo do

ſ Que in nomine ihesu postulãtur

trii indicat

ſuel sine in.

mine. Adiuua incredulitatẽ meaz

ſuel credentẽ.

Et cum vidisset Ihesus ꝛcurren

ſ Comminatio potentia est.

tem turbã: comminatus ẽ spiritui immundo dicens illi. Surde et mute spũs. ego tibi precipio exi ab eo

ſ Cui⁹ precipere ẽ facere.

ris. oratione sanantur pestes mentis.

Occidẽt eum ꝛc. Prosperis miscet tristia: vt cum venerint. non in premeditatis ferantur animis. Si contristat eos qꝫ occidendus est. debet letificare: qꝫ die tercia resurrectur⁹ est.

ꝛ amplius ne introeas in eum. Et clamãs ꝛ multũ discerpẽs eũ exiit ab eo. Et factus est sicut mortuus

ſ Mundo

ita vt multi dicerent quia mortu⁹ est. Ihesus autem tenens manuz eius eleuauit euz ꝛ surrexit. Et cũ introisset in domuz: discipuli eius secreto interrogabant eum. Quare nos non potuimus eijcere eũ? Et dixit illis. Hoc genus in nullo põt exire nisi in oratõne ꝛ ieiunio Et inde profecti. pretergrediebantur galyleam. nec volebant quẽqꝫ

ſ Se ibi esse

scire Docebat autez discipulos suos. Et dicebat illis: Quoniam filius homis tradet in manus hoim ꝛ occident euz. ꝛ occisus tercia die resurget. At illi ignorabant verbũ ꝛ timebant eũ interrogare. Et venerunt capharnauz. Qui cum domi essent interrogabat eos: Quid

ſ villa pulcerrima

ſ pro verecũdia

in via tractabatis? At illi tacebãt

ſ Quia.

Siqdem in via inter se disputauerant. qs eoꝝ maior eẽt. Et residẽs vocauit duodecim. ꝛ ait illis. Si qs vult primus esse: erit omnium nouissimus et omnium minister. Et accipiens puerum statuit eum in medio eoꝝ. Quẽ cum ꝓplexus

† ſ Quasi formam uirtutis seruent propter merationis auxilio. quam paruuli etatis beneficio.

eẽt ait illis. †Quisqs vnũ ex hmõi pueris receperit in nomine meo:

Ignorabant: Non tam ingenij tarditate qꝫ amore: qꝫ deum verũ cognouerant morituꝝ credere nequibant. Et quia eis in figuris loqui consueuerat: horrentes eius mortem in bis quoqꝫ eum loqui figurate putabant.

Capharnaum Hieron. Villa consolationis Congruit predicte sententie. occisus die tercia resurget.

Granuz frumenti moritur: vt multiplicius colligatur. si non moritur solum manet.

Quid in uia ꝛc. Hiero. In via tractabant de principatu. similis tractatio loco. Principatus enim vi ingreditur: sic deseritur ꝛ dum tenetur labitur ꝛ incertum in qua mãsione. id ẽ. in qua die finiatur. Vnde dicit. Qui vult eẽ prim⁹. ꝛc

Beda. Hinc exorta videt disputatio quia viderant petruz ꝛ iacobum ꝛ iohannẽ seorsum ductos in mõtem. ꝛ aliquod secretũ ibi eẽ creditum eis: ſz ꝛ petro sicut matthęus dicit. claues regni celorum promissas. ꝛ ecclesiam super petraz fidei a qua ipse nomen acceperit ędificandaz. Putabant ergo vel illos tres ceteris. omnibus petrum esse prelatum.

Et residens ꝛc. Illi euntes disputabant de principatu. ꝛ ipse sedens docet humilitatẽ. Principes enim laborant. humiles quiescunt.

Desiderium glorie vult humilitate sanare. ꝛ puo simplici monet imperio. mox innocentie puerilis exemplo.

Complexus. Significat humiles dignos esse suo complexu: qui iure possunt gloriari ꝛ dicere. Leua eius sub capite meo ꝛ dextera illius amplexabit me.

Quisquis unum ex. Vel simpliciter pauperes christi ab his qui velint esse maiores. pro eius honore ostendit esse recipiendos. Vel ipsos malicia parvulos esse suadet. vt tanqꝫ paruuli simplices sint.

Et quicunq; me suſ. Quia in pueris se recipi vocebat. vt caput in membris. ne putaretur hoc solum esse quod videbat. adiunxit. Et quicunq; me suſceperit ꝛc.

Respondit illi io. Quia dixerat. quisquis vnū ex huiusmōi pu. receperit me recepit: intelligit iohannes q; in nomine eius eos non recipiant. qui non sincere ambulant. vnde ait. Magister vidim⁹ quendā ꝛc. Quasi hic in nomine tuo non vebet suſcipi.

Et prohibuimus eū. Putauit eum excludendū a beneficio qui non vtitur officio. Sed vocetur neminē a bono quod ex parte habet arcendum: sed ad hoc pot⁹ quod non habet prouocandū. vnde. Nolite prohibere eum ꝛc.

Nolite prohibere eum. Beda. Hinc apostolus. Sed siue occasione siue veritate christus annuncietur. ꝛ in hoc gaudeo semp ꝛ gaudebo. Tales q̄uis signa faciāt. ꝛ ob alio⁹ salutē censeantur esse non prohibendi: non tamē eis secura conscientia. Immo cum dixerint. i nomine tuo ꝓphetauim⁹ et dēmonia eiecimus. ꝛc. dicetur eis. q; nunq; noui vos. discedite a me qui operamī iniq̄tatē. Itaq; hereticis ꝛ scismaticis ꝛ malis catholicis non sacramenta communia in q̄bus nobiscum sunt. non cōtra: sed diuisionem paci veritatiq; contrariā qua aduersum nos sūt ꝛ dominū non sequuntur nobiscum: detestari ꝛ prohibere debem⁹

me recipit. Et quicunq; me suſce
ſ Solum. ſ suſcipit, ſ q;
perit: non me suſcepit sed eum qui
inter eum ꝛ me nichil distat.
me misit. Respōdit illi iohannes dicēs: Magister vidimus quēdā in noie tuo eūcientem dēmonia q̄ non sequitur nos. ꝛ prohibuimus eum. Ihesus autē ait. Nolite prohibere eum. Nemo est enim qui faciat virtutem in nomie meo. ꝛ possit cito male loqui de me. Qui enī non est aduersum vos pro vobis
ſ Quasi dico. Quisquis vnus ex huiusmodi p. ꝛc. Sed ne paupertatis excusationē pretendatis: Quisquis enī.
est. Quisquis enim potum dederit vobis calicē † aquę frigidę in nomine meo: quia christi estis. amen dico vobis: non perdet mercedem suam. Et quisquis scandalisauerit
† ſ Magni nullo modo mouentur: pusilli occasiones querunt.
vnū ex his † pusillis credentibus in me: bonū est ei magis si circundaretur mola asinaria collo eius. ꝛ in mare mitteretur. Et si scādalisauerit te manus tua. abscide illam

Frigide. ꝛc. Ne paupertate ꝛ penuria lignorū aliquis se excuset. Similiter dicit apostolus ad galathas

Communicet autē is qui catheczatur ꝛbo e. qui s. c. in omnibus bonis. Et ne quis se paupertate excuset ait: Nolite erra. deus nō irr. Quę enim seminauerit homo: hęc ꝛ metet.

Et quisquis scan. Quanq̄ hoc generale sit: potest tamen sēm cōsequentiam sermonis contra apostolos dici. qui de primatu disputabant. et eos quos ad fidem vocabant exemplo suo perdere poterant.

Beda. Nota q; in bono opere nostro aliquando cauendū est scandalum proximi. aliquando pro nichilo habendum inquantū sine peccato possumus vitare proximo⁹ scandalū debem⁹. Si autem pro veritate scandalum sumitur vtilius nasci permittitur q̄ veritas relinquatur.

Mola asinaria. Hieron. Sēm morem prouintię. Hęc enim pena maior criminū erat. Et reuera est melius innoxiū pena atrocissima temporali tm̄ finire vitam corpoream q̄ ledendo fratrem mortem animę mereri perpetuam.

Per molam asinariam secularis vitę circumitus ꝛ labor. per profundū maris. extrema damnatio. Melius est vt solus pereat sub habitu exteriori non simulando se bonum: q̄ simulando se bonum corrumpere alios. Leuius ergo est si sub exteriori habitu ad mortem terrena acta constringant: q̄ si sacra officia culpam ceteris imitabilem demonstrent: quia si solus caderis

tolerabilior vtcūq; eum inferni pena cruciaret.

Et si scandalisauerit. ꝛc. Quia supra docuit ne scandalisemus eos qui credunt in eum: ammonet quantū debem⁹ eos cauere qui scandalisant

Scandalon grece. offendiculum vel ruina vel impactio pedis. Vel vt alij: scrupulus. Ille ergo scandalisat fratrem. qui ei dicto vel facto occasionem ruine prębet.

Manus tua ꝛc. Amicus. cuius opere ꝛ consilio indigemus quotidie

ſ quia ſ Sine cupito principatu.
Bonū est tibi debilē introire in vitam: q̄ duas manus habentē ire
† ſ Inferni penas enumerat vt exterreat.
in gehennā i ignē inextinguibilē
ſ Putredo gehenne ſ Conscia sera. s. dolor interius accusans eos.
vbi vermis eorū non morit. et
ſ hic. pena exteri⁹ seuiēs inconsupta. vnde propheta. Ambulate in lumine ignis vestri. in flammis quas succendistis vobis.
† ſ Amicus necessarius cuius tibi quotidianis usibus seruit discursus
ignis nō extinguitur. Et si pes tuus te scandalisat: † amputa illum.
† ſ Cum corrigere nequeas amputa a societate tua.
ſ Quia.
Bonum est tibi claudum in vitam ętern̄ introire: q̄ duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis. vbi vermis eorū non morit. ꝛ ignis nō extinguit
† ſ qui tibi prouidet ſ In oculo. nostri carnaliter amici. spiritaliter aduersarii significantur
Et si † oculus tuus scandalisat
ſ Quia
te: eīce eum. Bonū est tibi luscum introire in regnū dei. q̄ duos oculos habentem mitti in gehennam ignis: vbi vermis eor̄ non morit ꝛ ignis non extinguitur. Omnis
ſ gratia spiritussancti vel tribulatione.
ſ a ſpso sale sicut in hostiis fiebat.
ſ humanū genus
eni igne salietur. ꝛ omnis victima

Sed si hic ledere in cā animę voluerit: excludend⁹ est a nr̄a societate. ne si cum perdito in hac vita partem habere volumus: simul cum illo pereamus.

Et duas m. Hic duę manus principatus. humilitas ꝛ superbia. Abscide superbiā tenē hūilem pricipatū

Vbi uermis. ꝛc Beda. Fetor vermiū de corruptione carnis ꝛ sanguinis. Idcoq; caro recens sale condit⁹. vt exiccato humore sanguineo. vermis eē nequeat. Caro ergo ꝛ sanguis vermes creāt quia delectatio carnalis cui condimentum continentię nō resistit pnaz luxuriosis generat ęternam. Debem⁹ ergo corpus continentię sale ꝛ mentem condimēto sapientę ab erroris ꝛ vicior̄ labe castigare.

Omnis eni ig. ꝛc Quia tercio mentionem fecit ignis et vermis: ostendit quomodo vtrūq; valeamus vitare.

Omnis enim igne. Mire dictum est. Q enim sale salitur: vermis putredinem arcet Q vero igne. id ē. in igne asperso sale carnem quoq; consumit. Hec sedm legez in hostijs fiebant quę in altari cremabātur. vbi in omni victima et sacrificio sal offerri preceptum est. Sal dulcedo sapientię. ignis sancti spiritus gratia. Omnis enim igne salietur: quia omnis electus sapientia conditur. vt digna victima dei efficiatur altaribus. Vnde bene addit. Et omnis victima sale salietur. Ille enī vere domini victima est. qui corpus et animam a vicijs emundando per amorem spiritussancti deo consecrat. Nec solum sale aspergitur: sed igne cōsumitur. quando non peccati tantum contagio pellitur: sed etiam presentis vitę delectatio tollitur. ꝛ futurę vitę conuersatio tota mente suspiratur. vnde. nostra conuersatio in celis est. Et obsecro per misericordiam dei vt exhibeatis corpora vestra hostiam sanctam ꝛc. Aliter. Altare dei cor bonorum hostię ꝛ sacrificia bona opera fidelium. In omnib⁹ sacrificijs sal: quia nullum opus bonū sine sapientia. Ignis sacrificia in altari consumit. de quo. Ipse vos baptisabit in spiritu sancto ꝛ igne. Vel ignis tribulationes. Respicit hoc ad superiora vbi scandalisantia mēbra euelli precepta sunt. quia hoc est igne saliri. et temptationib⁹ exerceri ob christi amorem dilectos ꝛ primos nobis abnegare.

Omnis uictima. Hie. Victima genus humanū q̄d hic sapiētię sale vel ratione salitur: dum corruptio sanguinis. custodia putredinis ꝛ mater vermium hic consumitur. ꝛ post purgatorio igne examinabitur.

Quod si sal. Id est si quis semel condimentis veritatis refectus ad apostasiam redierit: quo alio doctore corrigitur qui eam quam gustauit sapientiam. vel aduersis territus. vel prosperis illectus respuit? Unde quis medebit incantatori a serpente percusso? In hoc iudam z socios eius significare creditur qui philargiria corruptus z apostolatū perdere z dñm tradere non dubitauit. Quia aūt sunt multi quos dum maior scientia erigit. ab alio z societate disiungit. Et quo plus sapiūt: eo plus a concordię virtute delipiūt. subiūgit

habete in vobis sal. et habete pacē inter vos

¶ Habete in uobis sal et ꝛc. Beda Habere sal sine pace non virtutis est donū sed damnatōnis argumentū. quo enim ꝙlꝫ melius sapit: eo deterius delinquit. C.X.

¶ Et exinde ex ꝛc Ducuslꝫ ea quę in galylea fecit z docuit: hīc narrat quę in iudea fecit z docuit z passus est. Et primo quę trās iordanē ad orientē. deinde quę cis iordanez quādo venit hiericho z bethaniam z hierusalem. Cum enim omnis iudea generaliter ad distinctionem aliaz gentium iudea dicta sit: specialiꝰ tamen meridiana plaga dicit iudea ad distinctionē galyleę. decapolis. z ceteraruz in eadem prouincia regionum.

¶ Pharisei inter. Magna ditantia inter turbas z pharisęos Hę conueniunt vt doceantur z infirmi curētur. Sicut matthęus aperte dicit. Illi vt tēptando decipiant. Illas enim deuotio pietatis illos adducit stimulus liuoris.

¶ Si licet u. ꝛc Bocorno silogismo tēptauit. z quicquid respondeat capere putāt Si dicit dimittendā z aliaz ducendam. pudicicię predicator sibi videtur contraire. Si nō dimittēdā: reus sacrilegij. z ptra doctrinam moysi. z per moysen contra doctrinam dei facere. Igitur dominꝰ sic responsum temperauit vt transeat decipulam. scripturā sane intellectam in testimoniū adducens z naturalem legem. primamqz dei sententiā secundę opponens quę non voluntate dei sed peccantiū necessitate ꝓcessa est.

¶ Ad duriciam cordis. Beda. Nunquid deus contrarius sibi est: vt aliquid ante iusserit. z idem post nouo fregerit imperio? Non. Sed moyses videns propter desideriuz secundaz nuptiaz uxores primas interfici: aut in malam vitam duci: maluit indulgere diuidium propter discordiam q̄ per odia. z homicidia perseuerare nuptiaz copulam.

¶ Et erunt duo ꝛc. Premiū nuptiaz est e duoby vnaz carnē fieri. Castitas iuncta spūi vnus spūs efficitur.

¶ Nō non separet. Desiderio secundę uxoris. Deus separat qui coniungit: quando ex consensu vtriusqz ꝓpter seruitutem dei eo q tempus breue sit. sic habent uxores quasi nō habentes.

¶ Et in domo iterum ꝛc. Hieroñ. Non discipuli interrogauerunt prius: sed pharisei. Sed secunda interrogatio ab alijs. id est. ab apostolis iterum dicta est. q de eadem re de qua pharisei.

¶ Piero. Iterata sententia verbi non fastidium sed esuriem z sitim prestat. vnde. Qui me comedunt adhuc esuriunt. z qui me bibunt adhuc sitient. Melliflua sapientię eloq̄a gustata diligētibus mīrimodū saporē reddūt. Qd significatum est quando dominus pluit manna ad manducāduz sub sole liquescens. vt est hoc. Fulgebunt iusti sicut sol in regno pa. e. Ad ignem duratur. vt panis cor hominis confirmet. vt est. Si quis vult post me venire. ꝛc

¶ Quicunqz di. Beda. Matthęꝰ plenius. Quicunqz dimiserit uxorem suam. nisi ob fornicationem et aliam duxerit: męchatur. Una ergo solūmodo causa est carnalis fornicatio. vna spiritualis: timor dei: vt uxor dimittatur. sicut multi religionis causa fecisse leguntur. Nulla autem causa est dei lege prescripta vt alia ducatur viuente ea q̄ est relicta.

¶ Discipuli autē Non quia nollent eis z manu z voce salutoris benedici: sed nondum plenaz fidem habentes putabant eum more hominum offerentium importunitate lassari.

¶ Taliū enī est ꝛc Talium. significanter dicit. non istoz. Quasi dicat: mores regnāt non ętas. His promittitur regnum ęloz q̄ similem habent simplicitatem z innocentiaz quib congruit illud apostoli. Nolite effici puuli sensib: sz malicia paruuli estote.

¶ Quisquis non

Qui nō pseuerat in ira. ñ iesus memīt videś pulcrā mulierē nō cupiscit: non aliud habet in ore aliud in corde. quasi si tales non fueritis: non intrabitis in regnum ęlorum.

¶ Regnum dei ꝛc. Id est. doctrinam euangelij sicut paruuli accipere inuemur. id est. sicut paruulus doctoribus non contradicit: rationes aduersus eos nō componit: sed fideliter suscipit: cum metu obtemperat z quiescit: ita z nos obediendo simpliciter z sine omni contradictione verba domini debemus suscipere.

¶ Procurrens quidam genuflexo. Beda. Audierat credo iste a domino tantū eos qui volunt paruulis esse similes introitu regni ęlestis esse dignos. z ideo certior esse desiderat. non per parabolas sed aperte quibus operum meritis vitam ęternam consequi possit.

Purgatorio igne Sapientia Hiero. Bonum est verbum dei audire: sale sapię cor condire: immo cum apostolis sal esse. id est. aliis sapientiaz ministrare.

sale salietur. Bonū est sal. Q si sal

Hiero. Sal insulsum est qui amat principatum. qui increpare non audet nec confiteri ne de synagoga eiciatur. diligens gloriam hominis magis q̄ dei

fuerit insulsuz: in quo illud conde

† Iusticiā Hiero. Sal correctōis amor proximi tpet. z dilectionē sal iusticie condiat. Dilectōem

dietis: Habete in vobis † sal et pa

Qui sapienter loquitur magno opere metuat ne eius eloquio vnitas rumpatur.

cem habete inter vos.

C X.

ET exinde ex urgens venit in fines iudeę vltra iordanem. z ꝓueniunt iterum turbę ad eum. z sicut consueuerat iterum docebat illos. Et accedentes pharisei interrogabāt eum. Si licet viro uxorem dimittere: temptantes eū. At ille respondens dixit eis. Quid vobis precepit moyses: Qui dixerūt. Moyses permisit libellum repudij scribere z dimittere. Quibus respondens Ihesus ait: Ad duriciaz cor

Hoc. † Moyses quasi hominis est consilium nō dei imperium.

dis vestri † scripsit vobis preceptū istud. Ab initio autez creature masculum z fęminam fecit eos deus.

Propter hoc relinquet homo patrem suum z matrem. z adherebit

Non ad uxores Non tres

ad uxorem suam. et erunt duo in carne vna. itaqz iam nō sunt duo: sed vna caro. Quod ergo deꝰ coniunxit homo nō separet. Et in domo iterum discipuli eius de eodē interrogauerunt eum. Et ait illis.

faciendo unam carnem uiri z femine. De quo pharisei

Quicūqz dimiserit uxorē suā z aliam duxerit: adulteriuz committit super eam. Et si uxor dimiserit virum suum z alij nupserit: męchat.

Forsan quia paruulum statuerat in medio discipuloz. z complexatus fuerat.

Et offerebant illi paruulos vt tangeret eos. Discipuli autem comminabantur offerentibus. Quos cū videret ihesus: indigne tulit. z ait illis. Sinite puulos venire ad me z ne prohibueritis eos. Taliū enī

Fuere taliū: q̄ Amen dico uobis

est regnū dei. Amen dico uobis. Quisquis non receperit regnum dei uelut paruulus: non intrabit

Ut significet tales sua dilectōne z gratia z benedictione esse dignos.

in illud. Et complexās eos imponens manus super illos benedicebat eos. Et cuz egressus esset in via procurrens quidā genuflexo ante eum rogabat eum. Magister bone: quid faciaz ut uitā ętернā.

¶ Quid me dicis bo. B. Quia magistrū vocauerat bonū et non deum vel dei filium: discit quemuis sanctū hominē ꝓparatione dei non esse bonum. de quo. Confitemini domino quoniā bonus. Vnus autē deus bonus. non pater solus sed & filius. qui dicit. Ego sum pastor bonus. Et spiritussanctus bonus est. de quo. Pater de cęlo dabit spiritū bonum petentibꝫ se. Vna scilicz & indiuidua trinitas. pater & filius & spūssanctus solus et vnus deus bonus est. Non igitur bonum se negat: sed deum esse significat. Nec se magistrū bonū ñ eē: sz absq; dono nullū bonū eē testatur

¶ Ne adulteres. Beda. Hęc est pueritis innocentię castitas quę nobis imitanda ꝓponitur si regnū dei intrare velimus. Notandum sane q; iusticia legis suo tempore custodita. non solum bona temporalia: sed etiam vitā cōferebat ęternā

¶ Magister. omnia hęc conser. ꝛc. B. Non putandus ē voto temptantis (vt quidam putant) dominū interrogasse. et de sua vita mentitū esse: cum se legis mandata custodisse dixerit: sz simpliciter confessus. Si enim mentiretur nūq; intuitus archana cordis eius eū diligere diceretur ihesus. Diligit enim eos qui mandata legis etiam minora custodiunt. & quod in lege minus fuerat his qui perfecti esse desiderant: ostendit. quia nō venit soluere legē sed adimplere. vnde addit. Vade. quęcunq; habes vende. ꝛc

¶ Et veni sequere. B. Quasi dicerz post ꝓtēptas diuitias saluatorem imitare. i. relictis malis fac bona Facilius sacculus contempnitur q; concupiscentia vel voluptas.

¶ O difficile qui Beda. Qui multiplicādis diuitijs incūbūt patz quia vitę alteri? gaudia querere contempnūt. Sed aliud est pecuniam habere: aliud amare. Multi habent & non amant. & multi nō habent & amant. Item alij & habent & amant. Alij vero nō habere nec amare se gaudent. qui tutiores sunt. & quidem cum apostolo dicere possunt. Mihi mundus cru. & ego mundo. Vnde & salomon non ait. qui habet: sz qui amat diuitias fructus non capiet ex eis. Et ipse dominus in his verbis discipulis obstupentibꝫ dicens. Filioli. ꝛc.

percipiam? Ihesus autem dixit ei
ſ Cōparatōe dei
Quid me dicis bonū? Nemo bo
ſ qui solus bonus ex se. alii per ipsū boni
nus nisi vnus deus. Precepta nosti? Ne adulteres. ne occidas. ne fureris. ne falsum testimoniuz dixeris. ne fraudē feceris. honora patrem tuum & matrem. At ille rñdens ait illi. Magister. Omia hęc conseruaui a iuuentute mea.
ſ Archana cordis eius.
Ihesus autem intuitus est eum:
ſ Ad perfectionē
dilexit eum. & dixit ei. Unum tibi
ſ Omnia omnino. nō partē. sicut ananias
deest. Vade. quęcūq; habes vende
ſ Beatus qui intelligit super eg. & pau.
de. et da pauperibus. et habebis
ſ Quem nec erugo nec tinea demolitur.
† ſ Quia hoc solum nō sufficit. ſ Imitando sicut ego ambulo ambulando.
thesaurum in cęlo: † & veni sequere me. Qui contristatus in verbo: abijt merens. Erat enī hñs multas
ſ Hiero. Quasi spinas nascentes & tribulos. que fementem dominicam suffocauerunt.
possessiones. Et circūspiciens Ihesus ait discipulis suis. Quā difficile qui pecunias habēt in regnū dei introibunt. Discipuli autē ob
ſ Quia non poterant intelligere.
stupescebāt in verbis ei?. At ihūs rursus rñdens ait illis. Filioli: q;
ſ Non dicit habētes: sed in eis ꝓfidētes
difficile est ꝓfidentes in pecunijs

¶ Facilius ē camelum. Beda. Quomodo ergo in euangelio matheus & zacheus. & ioseph. & in veteri. q; plurimi diuites intrauere? Forte quia diuitias pro nichilo habuere. vel ex toto contemnere didicerunt. vnde dauid. Vnicus & pauper sum ego. Et idem. Diuitię si affluunt, cor apponite.

Non ait. nolite suscipere.

¶ Alleg. Facilius est christū pati pro dilectoribꝫ seculi: q; eos ad christū posse conuerti. Camelus enim christus est. qui sponte humiliatus infirmitatis nostrę onera sustulit. In quo enim melius intelligitur. Quanto maior es: humilia te in omibꝫ. Acus: punctiones. id est dolores. passiones. Foramen acus: angustia passionis qua velut scissa vestimenta nostrę nature quodammodo resartire. id est. reparare dignatus est. Vnde post lapsum melius induti gaudeamus. Ad hoc testimonium apostoli. Quicunq; baptisati estis in christo: christum induistis.

ſ Rere difficile. q; in regnum dei introire. Facilius
ſ Chustum ſ Angustias passionis
est camelū per foramen acus tran
ſ diuitias amantem ſ Quod est pauperuz
sire q; diuitē intrare in regnū dei.
ſ q; ante. q; idem repetendo confirmau it.
Qui magis admirabant dicentes
ſ Cum pene omnes cupiunt fi eri diuites.
ad seipsos. Et quis potest saluus fieri? Et intuens illos Ihesus ait Apud homines impossile est: sed non apud deum. omnia enim possibilia sunt apud deum. † Et cępit ei petrus dicere. Ecce nos dimisimus omnia: & secuti sumus te. Respondens ihesus ait. Amen dico vobis. nemo est qui reliquerit domum aut frēs aut sorores aut patrē aut matrē aut filios aut agros propter me & propter euangelium

† ſ Omnes saucti. & quecūq; habēt. coīcantur ei
qui non accipiat † centies tm nūc
ſ Spirituales.
in tempore hoc. domos & fratres & sorores & mrēs & filios & agros cū
ſ Hoc enim persecutionibus plenū est tempus.
persecutionibus: & in sęculo futuro vitam ęternam Multi autē erūt
ſ Judas de apostolo apostata. ſ ut latro.
primi nouissimi. & nouissimi primi Erant autem in via ascendentes

¶ Et quis potest Cū plures sit pauper q; diuites: non hoc diceret nisi in diuitum numero intellexisset cunctos qui diuitias adipisci vellent.

¶ Apud deum. ꝛc Qui a cupiditate terrenoz ad charitatem ęternoz conuertere potest. & superbos facere humiles.

¶ Ecce nos dimisimus. Grādis fiducia. Piscator erat. diues non erat. victū manu & arte querebat. et tamen confidenter dicit. Ecce nos reliquimus omnia. ꝛc.

¶ Et secuti sumus. Quia non sufficit sic dimittere. iūgit quod perfectū est. & secuti sumus te. Quasi: fecim? qđ iussisti: quid ergo dabis nobis premij

¶ Centies tantū. Beda. Hac occasione quidam iudaicam mille annoz fabulam post resurrectionem iustoz dogmatizant. q; omnia quę propter deum dimisimus multiplici nobis fenore sūt reddenda. in sup et vita ęterna. Nec vidēt q; sint inepti. saltez in centenis vroribꝫ scōm alios euangelistas ꝓsertim cum dom? dicat. nec nubent nec nubentur. & ea reddenda in hoc tempore cuz persecutionibꝫ quę post resurrectōnem omnino iustis nulle erunt. Sensus ergo est. Qui propter euāgeliū christi carnalia reliquerit. spūalia bona recipiet quę sui merito & comparatōe ita erūt: quasi paruo numero cētenarius comparatus. quia a fratribꝫ & sororibꝫ quibꝫ spūali glutino colligatur: multo gratiorē etiam in hac vita recipiet charitatē. vñ. Multitudis creāt cor vnū & anīa vna. Et erāt illis omīa communia. Aliter. Cētenari? a lęua translatus in dexteram. licet eādem in flexu digitoz videatur tenere significationem vel figuram quā denarius in lęua: numez tamē quātitatį magnitudīe superuadit. quia omēs qui propter regnū dei temporalia spernūt etiam in hac vita persecutōibꝫ plena regni gaudiū fide certa ꝓgustāt. & in expectatōe patrię celestis quę per dexteraz significatur oīm pariter electoz verissima dilectōe fruūtur.

¶ Multi autem. Quia multi incipiunt sed ñ perficiūt. Terribil' sentētia. subditur. Multi autem ꝛc.

¶ Latro in cruce ꝓfessor eodem die quo pro peccatis suis crucifixus est: grā fidei cū christo in paradiso gaudet. Quotidie quoq; videm⁹ multos laicos magnis vitę meritis excellere: z alios a prima ętate spūali studio feruentes ad extremū ocio torpescere.

¶ Et stupebant. Ideo s. qz meminerāt q se passuz multa a summis sacerdotib⁹ z scribis ꝑdixerat z occidendū. Mœstuebāt ģ ne vel ipsi cū eo occiderentur: vel ille cui⁹ vita z magisterio gaudebant occideretur.

¶ Et assumens. B. Prœuidens discipulorz animos ex passione sua perturbādos longe ante z passionis pœnā z resurrōnis gloriā ꝑdicit: vt cū moriētem viderent: resurrecturū non dubitarent

¶ Paganorz quoq; dementiā qui eius crucem irrident aperte cōfutat: cū z passionis tēpus quasi futurorz ꝑsciss oñdit: z locū mortis quasi intrepidus adit.

¶ Et accedūt. ꝛc. Audita resurrōne immemores secūdi aduētus: putāt eū more hominuz regnare.

¶ Matthęus dicit matrē postulasse: sed marcus dicit ipsos: deside riū eorz volens aperire quorz ꝓsilio mater petebat. Et in vtroq; euangelista dñs nō matri sed ipsis respondit.

¶ Aut baptismo. Idem qđ calix. Unde alibi de passiōe sua dicit. Baptismo hēo baptizari: z qūo coartor vsqdq; pficiatur:

¶ Calicem quidē B. Jacobi ab herode capite truncatus. Johannes in feruentis olei doliz missus: inde ad coronā martirij athleta christi processit statimq; in pathmos flegat⁹. Itaq; z martirio anīo non defuit: z calicē ꝓfessionis bibit quē biterūt in camino tres pueri: licet persecutor sanguinē ñ fuderit

¶ Sedere aūt ꝛc. Quasi vltis vt hoc tribuā vobis? Sed regnū cęlorum non est dantis sed accipiētis: nō enī personarz acceptio est apud deuz sed quicūq; dign⁹ fuerit accipiet quod nō personę sed vitę patū est.

¶ Vobis ꝛc. Adhuc superbis: quasi si vultis accipere nolite esse qđ estis alijs paratū est z vos alij estote: z vobis paratū est: quod est prius humiliamini qui iam vultis exaltari.

¶ Indignati sunt. Non de matre sed de filijs: qui ignorātes mēsurā suam immodica cupiditate ardebant

¶ Jhesus aūt uocās eos. Humilis magister z pius z mitis nec cupiditatis immodicę duos arguit: nec x. indignatōis increpat z liuoris: s3 docet maiorem esse qui minor fuerit: z dñm qui seruus sit. Frustra igit aut illi ad maiora suspirant: aut hi super desiderio eorz volent: cū ad summitatem virtutū nō potētia sed hūilitas ducat. Suis deniq; ꝓponit exemplū: vt si dicta parui penderent: ad opera erubescerent. Nam z filius hominis: ꝛc.

¶ Et ueniūt hierico. Hieroñ: Hierico luna vel anathēa: qđ ꝓgruit appropinquāti passioni. Defectus carnis christi prępar atio est cęlestis hierusalem: vnde hierico' deferētes: hierusalē: i: visioni pacis approp inquant.

¶ Et proficiscente eo de hie. ꝛc. Beda. Quia ascendēte ad cęlos dño: z fidelib⁹ sequētib⁹: cūctis scz electis ab initio mūdi cū illo regnū cęleste ingredientib⁹: mox gentiū populus diu perfidia cęcus audito christi aduentu cępit lumen salutis sperare. Juxta viam sedens mendicat: qz nondū veritatis iter agnoscens: sedula desiderij inquisitōe ad hoc venire ꝓtendit. vt cornelius ģ deū quē colebat crebris precib⁹ vt se illuīnare dignaret' orabat. Transeundo audit: stando illuminat: quia per humanitatē miseretur in qua nat⁹ passus resurrexit: ascēdit: quę est actio temporalis et transitoria. Et stans cęcū illūinat quia verbi ęternitas ñ transit: q̄ in se manens omnia renouat. Stare dei est incommutabili dispensatione mutabilia cuncta dispōnere. Quare ģ transiens audit: stans illuminat: quia qui propter nos tempoalia pertulit: inde nobis lumē tribuit vnde transituz mutabilitatis habere nescit.

¶ Beda. Matthęus in hoc loco dicit duos cęcos secus viam sedētes illumīatos. Lucas cū appropinq̄ret hierico vnum illuminatuz pari ordine: sed lucas scribit quod matthęus omisit. Qđ aūt hoc loco matthęus duos dicit. Marcus dicit vnū: alterz non negat. Sciendum est vnū eorz fuisse notissimū: vnd nomen eius z patris commēorat marcus: quod in alijs non facit nisi cū yairum expressit nomine quia z ille nobilis fuit ita z iste ex aliqua felicitate dejectus notissimę z famosissimę miserię fuit. Qui non solū cęcus verū etiam mendicus sedebat. Huius ergo illuminationem marc⁹ describit: quia hoc miraculo maiorez famam comparauit.

¶ Beda. Appropinquans ergo hierico cęcū vnū illuminauit: qz in carne veniens z passioni ꝓpinquās nō multos ad fidē adduxit. Non enī primo: sed paucis annis anteq̄ pateretur lumē verbi exhibuit. Sed de hierico ꝓficiscens cęcos illumīauit: qz resurgens a mortuis atq; ascendens in cęlum spūm sanctū apostolis misit: eosq; ad illuminatōnem omnium populorz in mundum dispersit.

¶ Typice. Unū appropinquās hierico illuminat: qz ante passionez suā vni tm̄ iudęorz ꝓpho ꝓdicauit. Et ꝓficiscēs de hierico duos: qz p⁹ resurrōez per aplos z iudęis z gentib⁹ prędicauit: z ęternę diuinitatis z assumptę humanitis archana patefecit. Marcus vnū scribit: qz ad gentes quib⁹ scribebat respicit: q̄ omnino a luce erant alieni: quorz cęcitas q̄nto famosior tanto illuīatio gratiosior. Matthęus duos: qz hebręis credentib⁹ scribebat euāgeliū qđ ad gentiū quoq; noticiā erat peruenturz: vt ad easdem vnā fidei grām pertinere doceret. Hinc etiā est q matthęus asinā z pullum refert: alij tres: q̄ gentib⁹ scribunt ꝓuersis: asinū tm̄ ad dñm ductū dicunt.

† ſ Quasi caput vnus moriturus pro omnibus
ſ Ad mortem imperterritus
hierosolimā et ꝓcedebat illos ihe
sus: z stupebant: z sequentes time
bant. Et assumens iterum duode
ſ Quia videbat eos timere
cim: cępit illis dicere quę essent ei
ſ hec scz.
uentura. Quia ecce ascendimus
† ſ Ad quem pertinet pati: quia non potest diuinitas pati vel ledi.
hierosolimā † z filius homis trade
tur principibus sacerdotum z scri
bis z seniorib⁹: z damnabūt euz
morte. Et tradent eū gentibus: et
illudent ei: et conspuent eū: et flagellabunt eum: et interficient eū:
et tercia die resurget. Et accedunt
ad eum iacobus et iohannes filij
zebedęi dicētes. Magister: volu
ſ Astute sine nomine munus
mus vt quodcunq; petierimus fa
cias nobis. At ille dixit eis. Quid
ſ Interrogat: ut stulticiam confessis corrigat
vultis vt faciā vobis? Et dixerūt.
Da nobis vt vnus ad dexteram:
z alius ad sinistram sedeamus in
gloria tua. Jhesus autem ait eis.
ſ Regnare vultis qui non meruistis culmen honoris sine exercitio laboris.
Nescitis quid petatis. Potestis
ſ Passionem: vnde appropinquante passione sua: pater si vis transfer calicē hūc a me:
bibere calicem quez ego bibo: aut
ſ Id est: tinctura passionis.
baptismo quo ego baptizor baptizari? At illi dixerunt ei. Possum⁹
Jhesus autē ait eis. Calicem quidem meū bibetis: z baptismo quo
ego baptizor baptizabimini: Sedere autē ad dexteram meā vel ad
sinistram non est meū dare vobis
sed quibus paratum est. Et au
ſ Petitionez eorz ſ cęperunt indignari
dientes decem indignati sunt de
iacobo z iohanne. Jhesus autem
vocans eos ait illis: Scitis quia
hi qui vidētur prīcipari gētibus
dominanť eis: z prīcipes eorz po
testatē habent ipsorz. Non ita est
autē in vobis. Sed quicunq; vo
luerit fieri maior: erit vester mini
ſ In celo ſ In terra.
ſ i.
ster. Et quicūq; voluerit in vobis
ſ Quod debetis amplecti
primus eē: erit omnū seruus. Nā
ſ Nota eum qui ministrat hoīs filiū appellari.
ſ In carne
z filius hominis non venit vt mi
ſ Intantū: ut etiā animā daret
nistraretur ei: sed vt ministraz: z da
ret animā suam redemptionē pro
ſ Non pro omnibus: sed pro his qui credere voluerunt.
multis. Et veniūt hierico. Et pro
ficiscente eo de hierico et discipul'

Ceci quos dñs illuminauit·homines sunt supne lucis (que xps est) ne sci; sed ipso donãte ad pfitendã cecitatẽ z petendã veritatis lucẽ sunt ppũcti· Hierico luna·que defectum nostre mutabilitatis significat. Unde· Homo quidam descẽdebat ab hierusalem in hierico zc.

Barthymeus cecus. Hieronim⁹· Cecitas indeor que illustrabit in fine in aduentu helye z enoch.

Qui cum au·zc. Popul⁹ gentiũ audita fama christi cui⁹ particeps querebat fieri. Cõtra dicebant multi·primo iudei·post etiã gẽtiles ne illũinand⁹ sanãd⁹ q̃ mundus xpm inuocaret·nec tamẽ ad vitam pordinatos eternam poterat impugnãtiuz furor prohibere.

Fili da. Hiero· Per merita patriarchaz illuminat indaicus ppls·cui adest misericors deus z miseratoz·illuminãs cecos z erigens elisos.

vt teſtes ſitis: ergo in
dicate. Nũqđ aqꝫ ꝛc
In noie ihesu ꝛc.
Cum ſit regula eccleſię baptiſmũ tradi in
noĩe trinitatis·lucas
tñ teſtat in nomĩe ihesu chriſti illum dari.
Quod ambroſius ſoluens dicit·p vnitatez
nois myſterũ plenuz
fieri: quia qui chriſtũ
dicit: z patrẽ a quo filius:z ſpiritũ ſanctum
etiã deſignat·qui etiã
patrẽ dicit:z filium z
ſpiritũ pariter oſtẽdit
z qui ſpiritũ noĩat:patrẽ a quo ꝓcedit ſpũs
z filiũ cuius etiã ſpũs
ẽ·nũcupat. Vnde vt
rationi copulet auctoritas·etiã ĩ ſpiritu baptizatur·ſcõm illud·
vos aũt baptizabimini in ſpũſancto·z apoſtolus. In vno ſpiritu baptizati ſumus.
B. Pręcipue congruit nos in noĩe chriſti baptizari·ſcõm illud:quicũqꝫ baptizati ſumus in chriſto ihesu:in morte ipſius baptizati ſumus.
Quadru. beſti.
rep. uol. occide
et man. ℟. Miror quoſdã hoc interpꝛtari ſup eſcis quibuſdam lege phibitis:cũ
nec ſerpẽtes nec reptilia edi poſſint:nec petrus ſic ĩtellexit·ſz omnes hoĩes ad euãgelium ęqualiter vocari·
z nullum ſcõm naturã
eſſe pollutũ·nõ eĩm qꝛ
beſtias ꝓmederit: ſed
qꝛ gẽtibus ꝓmunicauerit·increpatus myſteriũ huius viſionis expoſuit.
Et ſex fratres iſti. B. Quia ſex diebꝰ factus ẽ mundus:ꝑ ſex fratres

opa pfecta mõstrant quę doctorẽ comitantur: qñ auditoribus inter verba exhortatõis demonstrat exemplũ pfectionis.

Ergo et gentilibus ꝛc. Hoc ẽ qđ in iob legit̃ ab aq̃lone aux̃ veniet ꝛ ad dei formidolosa laudatio ꝛ quia pri⁹ frigido gentiũ in pectore splendor fidei exort⁹ est ꝛ p eadem inopinata fide iudęa deum tremẽdo glorificat.

Et illi quidẽ qui dispersi. Reuenit ad id qđ dixerat igit̃ qui dispersi erant pertrãsibant euãgelizantes verbũ dei: Interserta ẽ enim narratio de philippo petro iohanne paulo.

Erant aũt quidã ℟. Non de illis q̃ fuerãt dispsi ab hierusalem ꝛ sed de cypro ꝛ cyrene fuerãt. Aut excepta antiochia: in ęteris. i. in cypro ꝛ cyrene ad grecos sunt locuti. Aliter gręci illi q̃ bus locuti sunt: iudęi fuerãt genere: sed iter grecos quersati sunt: in dispsione.

Multusq; nu. ꝛc B. Jam post reuelationẽ sindonis in q̃ sancta anĩalia supna spe quiescerẽt: cepit ecclesia crescere: cum p exteras ꝓuincias insulas ꝛ ciuitates nõ solum iudęis sed etiã gẽtibus euãgelium prędicatur.

Et miserunt barnaban. ℟. Barnabas virilis in bonitate. Barnabas sępe in hoc libro laudat̃: ne ob ĩdignitatem meriti apostolatu caruisse credat̃ ꝛ qui postea ab apostolis gentium aplus ẽ ordinatus.

Et hortaba. omnes i proposito cordis. Nihil mutauit vel addidit: sed pseuerantiã docuit ꝛ quia vera ꝛ plena fides erat in eis.

Tharsum. Dictũ est enim supra. q̃ fres deduxerunt eũ nocte cesareã ꝛ dimiserunt tharsum.

† Sexcusatio octaua. narratio. s. fidelis viri de visione angeli ĩ domo sua. ob cuius ingressum petrus vocabatur

viri. † Narrauit aũt quomodo vi-

† Solito more angelus stare dicatur.

derit angelum in domo sua † stantem ꝛ dicentẽ sibi. Mitte in ioppẽ ꝛ accersi simonẽ qui cognominat̃ petrus: qui loquetur tibi verba in

† Sdecima excusatio. quia angelus salutẽ nunciat quã negatis

quibus † saluus eris tu ꝛ vniuersa domus tua. Cum autem cępissẽm

† Svndecima excusatio descensio spũs.

loqui † cecidit spiritussanctus sup

† Seodẽ modo ꝛ nõ inferius † Sduodecima excusatio. sermo dñi de spũsancto. ad ipsos factus. qui cõpletus ẽ in gentibus

eos. † sicut ꝛ i nos i initio. † Recordatus sum autez verbi domini sicut dicebat. Johannes quidẽ baptizauit aqua: vos autez baptizabimini spiritusancto. Si ergo eãdem gratiaz dedit illis deus sicut ꝛ nobis qui credimus in dominũ

† Snolite conari. si cũ ego nõ potui. nec vos poteritis.

ihesum christum: † ego quis eram qui possez ꝓhibere dominũ? Dis

† Sab increpatione petri † Sgratias egerunt saluatori

auditis † tacuerũt: ꝛ glorificauerũt

Svt nobis

deum dicentes. Ergo ꝛ gentibus

† Sqđ apparet in descensu spũs

† pęnitentiã deus dedit. Et illi quidem qui dispersi erãt a tribulatio

† Sa morte eius incepta

ne quę facta fuerat sub † stephano

† Sprouinciã sirie occidẽtalẽ

pambulauerunt vsq; † ad fenicem

† Sirie ciuitatẽ † Spter in antiochia. in qua loquebãtur. vel nõ erant de his qui loquebãtur in antiochia.

ꝛ cipr̃ũ ꝛ † antiochiam † nemini lo-

† Sexẽplo xpi dicẽtis. non sum missus nisi ad oues que pe. do. is.

quentes verbũ: nisi solis † iudęis. Erant autẽ quidã ex eis cipr̃ij ꝛ cirenei: qui cũ introissent antiochiã loquebant̃ ad grecos annũciãtes dominum ihesum: ꝛ erat manus domini cũ eis. Multusq; numerus credentiũ quersus est ad do-

† Sq; etiã grecis locuti sunt

minum. † Peruenit aũt sermo ad aures ecclesię. quę erat hierosoli-

† Sde istis grecis in antiochia credentibus † Sad probandã eorũ fidẽ

mis † sup istis ꝛ miserũt † barnabã vsq; ad antiochiã. Qui cum pue-

Svirtutẽ

nisset ꝛ vidisset gratiam domini.

† Spostq; multus numerus cõuersus ẽ.

† gauisus ẽ: ꝛ hortabat̃ omnes in

† S. sicut proposuerãt ꝛ inceperãt. † in fide dñi. vel vt sint mẽbra dñi.

† ppposito cordis pmanere † i domi-

† Sbonus bona hortatur

no. quia erat vir † bonus ꝛ plenus

† Sin aduẽtu barnabe

spiritusancto ꝛ fide. † ꝛ apposita ẽ

† Sad priorẽ numerũ credentiũ

† multa turba domino. Profect⁹ est autez tharsum vt quereret saulum. Quez cũ iuenisset: perduxit

† Sad fidelcs. a qb⁹ nõ erat timẽdũ † Sñ ociose

† antiochiam. ꝛ annũ totũ † cuersa

† S. quã prius dixerat domio appositã cũ his qui per annũ augebãtur

ti sunt in ecclesia. ꝛ docuerũt † turbaz multã: vt cognominarent̃ pri-

† Shoc noie prius vocabãtur xpiani

mum antiochię † discipuli christia-

† Sillo anno quo ibi cõuersati sũt † S quasi de eminẽtiori loco. tam situ q̃z merito

ni. † In his aũt diebus † supuene-

Sgratia

runt ab hierosolimis † ppbetę an-

† Scorpore qm̃ multitudini loquebatur

tiochiam. † ꝛ surgens vnus ex eis nomine agabus. significat per spi-

† Sgranẽ. vel quia per totũ orbẽ

ritum famẽ † magnam futuram in

† Snõ per locorũ iterualla

† vniuerso orbe terrarũ. quę facta

† Stempus dicitur ꝛ locus. ꝛ vt certior sit prophetia

est † sub claudio. Discipuli autem

† Snõ iuxta voluntatẽ. sed substantie qualitatem.

† put quisq; habebat: ꝓposuerunt

† Scollectione elemosine

† ministerium mittere habitantib⁹

Snõ sibi ipsis

in iudęa fratribus: qđ ꝛ fecerunt mittentes ad seniores p manus

† S qui probati sunt. vel erant fideles ministri

† barnabę ꝛ sauli.

C. .XII.

Eodem autez

† Squo paulus ꝛ barnabas missi sunt in ministeriũ † Sper ministros qđ quis iubet ipse facit † Squi passioni xpi interfuerat. filius herodis sub quo natus est xpus.

† tẽpore † misit † herodes rex ma-

† Sad tenẽdos ꝛ ligandos quosdam de eccłia † Stormẽtis † Squi interiores de eccłia

nus vt † affligeret † quosdam de

Ut quereret saulum. Ecce bonitas barnabę: qui nõ sol⁹ psumit docere plebez sed apostolat⁹ quęrit ꝓsortem.

Ut cogno. disci. christiani. ℟. Omnes sectę nomen trahebant de suo auctore. Jdeo fundata fide ꝛ firmitatem obtinẽte. primum in antiochia: vbi p̃ ceteris locis fides florebat: sumptũ ẽ a christo nomen christianum.

Discipuli autem B. Vident̃ discipuli ĩ hoc nõ seruasse mandatũ dei dicẽtis. Nolite soliciti esse de crastino. sed ꝓstat nõ hoc eum impbare: si q̃s humano more ista procuret. sed nõ p eis deo militet: vt in ope suo nõ regnũ dei: sed tpalia itineat̃. ad hãc ergo regulaz hoc p̃ceptum redigit̃. vt in hoz̃ puisione regnuz dei attẽdamus: sed in militia dei ista non cogitemus.

prophetę. ℟a. De quibus dictum ẽ Et prophetabunt filij vr̃i. Lausẽ antiochię q̃ multi pfecti conuenichaut.

Agabus. B. Nũ cius tribulatiõis iterpretat̃. qui scdm nomẽ suum ꝛ hic famem generalẽ. ꝛ infra paulo vincula ꝓphetat.

In iudęa. B. Sciebant in iudęa ꝛ maxime hierosolimis famẽ acrius seuituraz vbi erãt paupes sanctoz̃ qui rebus suis domibus ꝛ agris venditis: prędia aplis detulerãt. pecunięq; acquirẽdę vlterius nõ multuz vacabãt. nõnulli etiã p fide a iudęis ablata sba multabant̃. de q̃bus apostol⁹. Et rapinã bonoz̃ vestrorum cũ gaudio suscepistis.

C. XII.

Eode autem tẽpore. B. Non famis tpe. quã quarto clandij anno factã historię referũt. cũ herodes tercio eiusdẽ anno sit defunctus. sed illo tpe q̃ oblatiões deferebant̃ hierosolimã

B. Non ē putandū herodē qui tetrarcha erat postea regem factum · hoc capitulo designatum . Refert Josephꝰ Gaium īperio suscepto · cōtinuo iudeorum principatū herodi filio aristoboli (quē tamē ille agripā noīat) quarto autē · i · vltimo imperij sui anno eidē ꝛ sedem piter ꝓtulisse . Ipsum vero herodē qui iohannez occiderat · vel in passione christi iterfuerat · grauiter cruciatū · exilio ꝑpetuo damnasse Porro hunc herodē siue agripaz ↄcio claudij anno · sui vero regni septimo ab angelo percussum regnum agrippę filio reliquisse Aristobolus (quē dixi) a patre pfido .i. herode sub quo natus ē christꝰ · cū fratre alexādro fuerat interfectꝰ .

Occidit aūt iacobum. B. De hoc Jacobo Clemēs alexandrinus historiam refert · ꝛ is (inquit) q̄ obtulerat eum iudici ad martiriū · iacobum scz · ꝛ ipse ꝓfessus ē se esse christianū · ꝛ cum ducerent · ī via rogauit iacobū dari sibi remissionē · at ille parūper deliberās · pax tibi inquit · ꝛ osculatus ē eum · ꝛ ita ambo capite simul puniti sunt

Quattuor qua. Quaternio dicit pn̄ceps quattuor militū sicut eñ cēturio centū ita quaternio quattuor sub se militel habet

Producere eū . ⁊c . Ra. Amplior eñ gratia esset si ipsi eū occiderēt iudei · qz pn̄ceps erat . ñ ipse herodes sicut ꝛ iacobū .

Milites uinctus cathenis ⁊c. Ra. Quattuor difficultates cumulāt custodiā milites · catenę · carcer · custodes .

Lumen. Signū p̄sentię angeli dei · cuius p̄sentia soli petro lumē ꝓbebat : nec aliis refulgebat.

Percusso latere B. Percussio lateris ꝓmemoratō ē passionis christi : de cuius latere salus nostra ꝑfluxit · ꝛ nobis etiā · pssura catenarū retentis · tale solatiū petrus reddit · dicens : Chri-

† Snon solū aliquos afflixit . sed etiam occidit
† Szebedei.
ecclesia. † Occidit autez † iacobum

fratrem iohannis gladio . Uidēs
† Safflictioini quorūdam ꝛ occasioni iacobi
autē quia placeret iudeis † appo-
† Squia plus placeret vbi pn̄ceps occideretur
† Sideo nō ē occisus sed apprehēsus . vt ꝛ de
fuit apprehēdere † ꝛ petrū. † Erant
xp̄o dixerūt nō licet in pascha occidere quēq̄ ·
autem dies azimoꝝ . Quem cum
† Sq̄diu nō licet occidi . licitū putāt ī angustia cruciari.
apprehendisset † misit in carcerem
† Snon sufficiebat solius carceris custodia
† tradēsq̄ quattuor quaternionibus militū custodiendum · volēs
post pascha ꝑducere euz populo

Et petrus quidē seruabat̄ in carce
† Sexemplū orādi pro pclitantibus . ꝛ maxīe pro ecclesie pastoribus † S sic em orandū est scōm illud . multū valet deprecatio iusti assidua.
re. † Oratio autē fiebat sine inter-
missione ab ecclesia ad deum pro
eo. Cum autē ꝓducturus eum eēt
† Squa oportuna erat solutio
herodes · in ipsa † nocte erat petrꝰ
Snō hūs spem euādēdi illa hora
dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus · ꝛ custodes
† Squattuor hec custodiā exaggerāt mili . cate · custo . carcer .
ante hostium custodiebant † carce-
Snota dñi ꝛ astitit
rē . Et ecce angelus domini astitit
† Sex p̄sentia angeli
ꝛ lumen † refulsit in habitaculo · p
Stactu corpali
cussoq̄ latere petri excitauit eum
dicens : Surge velociter . Et ceci
Sprima soluitur angustia.
derunt catenę de manibus eius

Dixit autē angelus ad eum : Pręcinge
S Sexēplū datur nō ambulādi sine calciamētis angelo iubēte ꝛ apto coplente S caliga genus est calciamenti.
cinge ꝛ † calcia te caligas tuas . Et
fecit sic · ꝛ dixit illi : Circūda tibi ve
† Stimor nō impediat.
stimentū tuum · ꝛ † sequere me . Et

exiens sequebat̄ eum · ꝛ nesciebat
† Snō putabat fieri . sed ostendi imaginarie.
quia † verum esset qđ fiebat ꝑ an-
gelum . Existimabat autē se visum
† Sduos milites Sprimū quaternionē cū suis
videre . Transeuntes autē † primā

† Scustodes carceris Scōm quaternionē eiz suis.
ꝛ † secundaz custodiam · venerunt
† Sque putatur fuisse in atrio carceris † Spatet extra ciuitatē fuisse carcerē . vel in exteriore pte ciuitatis.
ad † portam ferreaz · † quę ducit ad
Sa se ipsa
ciuitatē : quę vltro aperta ē eis . Et

exeuntes ꝓcesserunt vicum vnuz
† Svt sciret verū esse qđ fiebat . ꝛ nō visionem
ꝛ † cōtinuo discessit angelus ab eo

Et petrus ad se reuersus dixit ·
† Sostendit quia hoc prius nesciuit
† Nunc scio vere · quia misit dominus angelum suum · ꝛ eripuit me
de manu herodis : ꝛ de omni expe-
Svbi esset.
ctatiōe iudeoꝝ . Consideransq̄ venit ad domū marię matris iohannis · qui cognominat̄ marcus · vbi
† Scausa oronis pro petro . vel ex euētu
erant multi † congregati ꝛ orantes .

Pulsante autē eo hostium ianuę
ꝓcessit puella ad videndū nomine
† Svidēs vel fortis vel visio fortitudīs vel visionis fortitudo
† rhode · Et vt cognouit vocē petri
Sex impatiētia scz nunciādi aduentū petri
pre gaudio non aperuit ianuam :

sed introcurrens nunciauit stare
petrum ante ianuā . At illi dixerūt
† Squia sciebāt petrū incarceratū esse
ad eam : † Insanis . Illa autē affir-
Sr̄ē
mabat sic se habere . Illi autē dicebant : angelus eius ē . Petrus au-

tem pseuerabat pulsans . Cum au-
† Squia certū habebāt q̄ ab hoībus nō dimitteretur.
tem aperuissent · viderūt eū † ꝛ obstupuerunt . Annuens autem eis ma-
† Ssilentiū īdicendo
nu vt † tacerēt : narrauit quomodo
† Snō hoīes, nō sua calliditas vel fortitudo
† dominus duxisset euz de carcere
† Svirtutē donatā pcibus eorū † Siusto scz filio alphei . alter iacobus decollatus erat.
† Sorantibus pro me
Dixitq̄ : † nūciate † iacobo ꝛ † fratri
† Seadē nocte in aliū locum timore herodis ꝛ iudeorum.
bus hec . Et egressus † abijt in aliū
† Scrastina post eductionē petri de carcere.
locum · Facta autez † die · erat non

sto igit̄ in carne passo ꝛ vos eadē cogitatōe armamini .

Percussoq̄ late re . R. Tactū corpalē corpe ex aere sūpto potuit habere angel⁹ .

Precinge B. Prophetas ꝛ apostolos cingulis vsos fuisse legimus · sed petrus ꝓpter rigorē carceris · ligamēta ad horā laxauerat : vt tunica circa pedes demissa · frigus noctis vtunq̄ tēperaret . exēplum prębens infirmis · vt cum molestia corporis vel iniuria tentātur humana · liceat aliquid laxare de ꝓpositi rigore · ꝛ quia dictū ē · sint lumbi vestri p̄cincti ꝛ calciati pedes in ꝑparatione euāgelij pacis spūalium virtutū ver bisq̄ p̄dicandi resumere iubemur insignia .

Uenerūt ad portam ferreā q . d . a c . B . Angusta immo ferrea erat porta q̄ ducit ad hierusalē cęlestē · sed apl̄orum vestigijs nobis est facta meabilis · qui sanguine ꝓprio hostiū ferreum vicerūt · ferrea eñ hostia petro cedūt custodi aulę celestis · qui ecclesię retinēs cacumen infernū supat .

Ad se reuersus. A culmine ꝓtemplationis ad hoc reuersus ē . qđ ī itellectu ꝓmuni prius fuit .

Processit puella · sed introcur. ⁊c. Et dominū de tumulo egressuz prima omniū mulier discipulis nūciauit · vt vbi abūdauit . delic . supa . g .

Angelus eius ē . Hier . magna dignitas aīarum · vt vnaq̄q̄ ab ortu natiuitatis habeat angelū ī custodiam sibi deputatum

Ticonius . Videt̄ angelus hoīs esse bōnū iteriorē . qui deū semp fide ꝓtemplatur .

B . Qđ vnusq̄sq̄ habeat angelum scriptura testat̄ . Unde dñs · angeli ī quit eoꝝ semp videt . f . p . Et iacob angel⁹ q̄ eruit me de cūctis malis · ꝛ hic discipuli angelū petri venire credebant .

Tacerent. Donec narraret · ꝛ tutē vt tacere iubet ne clamore gaudētiū

aduentus ei⁹ i ciuita/
te ꝓgnoscat.
Descendēsq;.R. Vt petri solutio nul/
li noceret · nō ꝓmittit
herodes vindicare in
custodes.
In cęsaream.B. Quāuis iuxta situm
locoꝝ cęsareā philip/
pi dicere videat · ideo
q; hęc sicut tirus ⁊
sidon ciuitas sit feni/
cis · tamē iosephus di
cit · hęc in cęsarea pale
stinę gesta · quę olim
turris stratonis dicta
est in ꝓfinio fenicis ⁊
palestinę i littore ma/
ris magni sita.
Alerentur.B. Necessariā habebāt
amicicia⁊ vicini regis
ideo q; regio eoꝝ val
de angusta esset · ga/
lileę ⁊ damasci finib⁹
pressa.
Confestim ꝛc.B. Iosephus · dum īpie
tatem illicite adulatō
nis nō exhorreret · re/
spiciēs paulo post im/
minentē ⁊ insistentem
capiti suo vidit ange
lum · eumq; sensit cōti
nuo exitij sui ministrū
quē prius nouerat ꝓ/
uisorem bonoꝝ · inde
ꝓtinuis · vij · dieb⁹ vē
tris dolore cruciatus ·
vitā violēter abrupit

C. XIII.

**Prophetę et do
ctores.** Iidē erāt
prophetę ⁊ doctores ·
Vel alij eoꝝ ꝓphetę ·
alij doctores fuerunt.
Niger.R. A calo
re · si latinū ē. Vel ascē
dens interpretat · si he
breum ē.
**Segregate mihi
bar. et saulū.B.** Videt saulus iuxta
ordinē historię tercio
decimo anno post pas
sionē apostolatū cum
barnaba ⁊ pauli vo/
cabulū accepisse · q̄rto
decimo autē⁊ anno iu
xta ꝓdictu⁊ iacobi ce
phęq; ⁊ iohannis ad
magisteriū gentiū, pfe
ctum esse. Et historia
ecclesiastica ꝓsentit di
cēs: apostolis fuisse ꝓ
ceptū · vt · xij · annis in
iudęa ꝓdicarent.
**Missi a spūsan.
Ra.** Ab hominibus
dimissi · mox a spūsan
cto mittunt ad seleuci
am · dux itineris eoꝝ

† ⁊ custodes † apparet q; clausum reli
parua turbatio inter † milites: † q̄d
quit petrus carcerē, quo apto ñ esset ambiguū
eum euasisse.
**nam factum esset de petro: Hero
des autem cum requisisset eum · ⁊**
ſ in carcere
† ſ inquisiuit vtrū custodes nosset quid de eo
factum esset
non inuenisset: † inquisitione facta
† ſ ad se. vt in eos vindicaret
**de custodibus iussit † eos duci. De
scendēsq; a iudęa in cęsareaz · Ibi**
ſ ideo finib⁹ eorū proximauit
ꝓmoratus est. Erat autem iratus
† ſ tirus ⁊ sidon ciuitates sunt prouicie fenicis
† ſ turij ⁊ sidonij
† tirijs · ⁊ sidonijs. At † illi vnanimes
ſ ⁊ pſuaserunt
venerunt ad eum · Et ꝓuaso bla/
† ſ quasi thesaurorū custos.
sto qui erat † super cubiculū regis
† ſ amicus eī eorū erat ⁊ patronus, ⁊ forte .
preses.
postulabāt pacem: eo q; † alerētur
† ſ ꝑfinito ad cōdictum
regiones eoꝝ ab illo. † Statuto au
† ſ describitur gloria vt postea maior sit mise
ria.
tem die herodes † vestitus veste re
† ſ in vel sup † ſ vbi locus erat iudicij.
† ſ blandiedo ⁊ adulādo
**gia sedit † pro † tribunali: ⁊ † concio
nabat ad eos. Populus autē ac/**
† ſ adulatio ⁊ prauitas fidei ostenditur.
**clamabat † dei voces · ⁊ non homi
nis. Confestim autem ꝑcussit eum**
† ſ ꝓsequēdo apłos. ⁊ nomē dei respuēdo
angelus domini · eo q; non † dedit
ſ paulatim nō subito
set honorē deo · ⁊ ꝓsumptus a ver
† ſ falso domino mortuo. dei verbū crescit.
mibus expirauit. † Uerbum autez
† ſ in fidelibus † ſ in his qui quotidie auge
bantur.
domini † crescebat · † ⁊ multiplica/
† ſ redit ad id q̄ dixerat, mittētes ad seniores
ꝑ manus barnabe ⁊ pauli.
**batur. † Barnabas autē ⁊ saulus
reuersi sunt ab hierosolimis exple
to ministerio: assumpto iohanne
qui cognominatur marcus.**

C. XIII.

ſ ꝑter illos qui veniebāt ab hie
rosolimis.

**Erant aūt in
ecclesia quę erat antio**
† ſ de futuris † ſ. id ē. † ſ de ꝑteritis
chię † ꝓphetę † ⁊ doctores · in qui/
† ſ exaudibilis ancłes merorem aut nomē ha
bitaculi.
bus barnabas † ⁊ simeon qui vo/

† ſ ipse elenās vel cōsurgens † ſ de cirene ci
uitate supradicta
**cabatur niger · ⁊ † lucius † cirenensis
⁊ manaen · qui erat herodis tetrar/**
† ſ qui eodē lacte alitur collactaneus dicitur.
che † collactaneus · ⁊ saulus. Mi/
† ſ qui nunc noīati sunt
nistrantibus autē † illis domino ⁊
† ſ prophetis.
ieiunantib⁹ · dixit † illis spiritussan
† ſ separate vt soli seruiāt doctrine † ſ patet
eos a hierosolimis antiochiā rediisse.
ctus: † Segregate mihi † barnabā
† ſ aplatus † ſ ideo vas electōnis paulus di
citur. et segregatus i euangeliū dei ſ assumam
futura em deo sunt quasi ꝑterita
⁊ saulum † in opus ad q̄d † assum/
† ſ vt predicatio eis ꝑparetur
**psi eos. † Tunc ieiunantes ⁊ orā
nes † ſ in modū ordinādorū. † ſ in opus ad q̄s
assumpti sunt.
tes † imponētesq; illis manus · † di**
† ſ saulus et barnabas.
miserunt eos. † Et ipsi quidē missi
† ſ a seleucho rege sic vocatā
**ab spirituſancto abierunt † seleuci
am · ⁊ inde nauigauerūt cipꝝ. Et**
ſ que ē in cipro
cum venissent salaminā · prędica/
† ſ propter reuerentiā. sine duriciā iudeorū
bant verbum dei † in sinagogis iu
† ſ qui dicebatur marcus.
**deorum · habebāt autem ⁊ † iohan
nem † ſ in ministerio. Et cum per am
bulassent vniuersam insulam vs/
q; paphuz · inuenerunt quendam**
ſ maleficū.
virum magum · pseudoꝓphetam
† ſ filius in malo. vel filius maleficij ſ. id est
maleficus.
iudęum · cui nomen erat † barien ·
† ſ procōsul nomē dignitatis, secundus a con
sule.
qui erat cum † ꝓcōsule · sergio pau
† ſ qui ex bono nature verbū dei desiderabat
**lo viro † prudēte · hic accersitis ⁊ bar
naba ⁊ paulo: desiderabat audire
verbum dei. Resistebat autez illi**
† ſ maleficus. q̄d aliis cōmune. ei ē proprium
† ſ. i. magus q̄d ad trālgressionē respicit. que
semp deo resistit
**elimas † magus † sic enim interpre
tatur nomen eius · quęrēs auerte/
re ꝓconsulem a fide · Saulus aūt**
† ſ olim vel nūc uinacius
qui ⁊ paulus † repletus spirituſan
† ſ per spiritum † ſ elimam † ſ plena non
recipiūt augmentū
cto · † intuens † in eū dixit: † O ple/
† ſ nō nascēdo sed imitando
ne omni dolo ⁊ omni fallacia · † fi/
† ſ dei et legum eius
**li diaboli · inimice omnis † iusticię
† ſ fidem et penitentiā ſ mandata
non desinis subuertere † vias dñi**

fuit · qui eos sepauit a
ceteris.
**Abierūt seleuciā
R.** In quibusdam
exēplaribus inuenit · abierūt seleuciam quę
ē salamina · duo sunt
aūt nomīa vnius ciui
tatis.
In sinagogis.B Propter ignaros lo
corum semel annotan
dū credidi · vbicunq;
sinagogā iudeoꝝ vi/
deris · scito in ciuitate
gesta quę dicunt.
Barien.B. Lor
rupte legitur bariebu
vel vt alij bariem.
Sergio paulo. Duo vnius noīa sūt
sergius ⁊ paulus.
Elimas.R. Eli/
mas sōm quosdā in
terpretat · dei mei men
sura · vel mag⁹ · ⁊ ideo
resistebat.
Auertere.R. Eū
qui inceperat cōuerti
a fide ad trālgressio/
nez volebat ꝓuertere
iuxta nomē suum.

Saulus.R. In/
terpretat tentatio re
spiciētis · vel securitas
vel mirabilis.
Qui et paulus.
B. A sergio paulo ꝓ
cōsule quem fidei sub
egit · sortitus ē nomen
pauli.
B. Apte gentium
apostol⁹ de gentili no
men sortit.
R. A sergio paulo
sic dictus · cuz meritis
mutant ⁊ noīa · Sau
lus filius doloris erat
cū eccelsiā psequeret ·
filius aūt dextere pau
lus quādo non se tan
tū · sed etiā plures ad
dexterā vocauit. Si
cut em barnabę muta
tum ē nomē: vt pro io
seph vocaret barna/
bas. i. filius ꝓsolatōis
sic saulus post gradū
apostolatus pauli no
men accepit · qui de su
pbo humilis factus ·
ꝓ saule vocat⁹ ē pau/
lus. Saulus a saule ī
pio ⁊ pśecutore · pau/
lus a modico ⁊ humi
li spiritu vocat · vnde
⁊ nomē suum īterpre/
tando dicebat · Ego
sum minimus apłorū
qui non sum dignus.
vo. apo. qui pśe. sum.
ec. dei.

Et nunc ꝛc. eris cęcus. B. Ꝓpoꝛtuit paulus miracula agere ad ꝓsummationem apl'atus·quē diuꝓtra stimulū calcitrātem dn̄s elegerat.

Et cōfestim cecidit ꝛc. R. Ḧic impletur qđ in cāticis legit'. Capite nobis vulpes parvulas: quę demoliunt' vineas·quia paulus pseudo ꝓphę tam cępit·exterminantem rudem vineā·i.ꝓsulis mentes: sciebat apl'us sui memoꝛ exēpli: de tenebris oculoꝛū posse lumen mentis surgere. nō eī mereb'at habere oculos carnis: q̄ mētis oculos labꝛabat auferre alijs

Venerunt antiochiam. B. Duę sunt antiochię·vna īsiria a seleuco rege cōdita·quę reblata añ vocabat'. ī qua primo cognoīati sunt discipuli christiani. Altera de qua modo dictū ē in ꝓuincia psidię·

Antiochiam psidię. R. Ad differētiā alterius antiochię vt credit'. sed a multis eadē esse putat'.

Sederunt. R. Quasi audituri legē nō ꝓdicaturi·ecce exēplum humilitatis.

Terra chanaan. Ra. Scilicet repmissionis·q̄ ideo (vt plerisq; videt') israeli est data· quia ī prima divisione post diluuium hanc ꝓuinciam semē sem sortitū ē: ß postea a chananeis violēter ē possessa·z ido iure q̄ lij pristinis habitatoribus' reddit'. Merito añt chananei velent'· de quoꝝ stirpe dicit': maledictus chanaā· seruus seruoꝝ erit. cuius pater cham in patrē impius fuit: z ideo maledici meruit.

Quadringētos. B. Dixerat dn̄s ad abꝛaam erit semen tuum accola ī terra aliena annis quadringentis. Et itē ait·quia in ysaac vocabit' tibi semen. ab exoꝛtu ergo illius seminis vsq; ad exitū israel ex egipto, fuerūt iuxta exodum.

ſ. i. potestas
rectas. Et nunc ecce manꝰ domi
† ſ extra sicut et intra es
ni super te·z eris †cęcus nō vidēs
† ſ sicut nō vides solem iusticie ꝛ ſ penitentie vel moꝛtis ꝛ ſ nō foꝛtuitu sed desurſum a deo
†solem vsq; ad ꝛtempus. †Et con
† ſ cecitatis mitiū ſ ipsa cecitas.
festim cecidit in euꝝ †caligo z tene
† ſ in circuitū se vertēs in modū cecoꝛū ꝛ ſ ad se ducendum.
bręs. Et †circūiens quęrebat †qui ei

manum daret. Tunc ꝓconsul cuꝝ
† ſ. i. cum doctrina christi virtutē miraculi
†vidisset factū· credidit: admirās

sup doctrina domini. Et cum a pa
† ſ ex quibus erat barnabas.
pho navigasset paulus z qui †cuꝝ
† ſ cuntatē ꝛ ſ illius regionis
eo erant: venerunt †pergen ꝛpam
† ſ hec ē causa futuri discidii
philię. Johannes autē †discedēs
† ſ vnde cū eis venerat
ab eis reversus est †hierosolimam
† ſ paulus z barnabas cū suis ꝛ ſ pedibus nō navigantes,
† Illi vero ꝛ ptrāseuntes pgen· ve
ſ vel sirie
nerūt antiochiā psidię. Et ingres
† ſ qua cōsueuerant cōuenire et legem legere et ꝓphetas ad modū domunice dici
si synagogam †die sabbatoꝝ sede

runt. Post lectionez autem legis
† ſ nō potest cuntas abscōdi supra mōtē posita
z ꝓphetarum †miserunt principes
† ſ quia iudei estis.
synagogę ad eos dicētes: Viri †fra
† ſ quasi dicerēt·hoc ē opus diei huius quo nihil aliud operantur ſ dubitando dictū qđ ē perfidie signum.
tres ꝛsi quis est in vobis sermo
† ſ non predicationis·nō electionis ꝛ ſ nō ad nos qui nō indigemus
†exhortatōnis ꝛad plebem: dicite.
† ſ iuxta cōsuetudinē legentiū ꝓpter multitudinem audientiū ꝛ ſ aliquo scz cōsueto silentii signo
†Surgēs aūt paul'. †z manu ꝛsi
ſ iudei
lentium indicens ait: Viri israe
† ſ gentiles ſ timētes segregat: quia nō omnes timebant deum ꝛ ſ vtriq;
litę·z qui †timetis deum: ꝛaudite.
† ſ pre cūctis plebibus que alios deos colebant ſ elegit ex omni genere hominū ꝛ ſ nō patres eum ſ abraā et cetera
Deus plebis israel †elegit ꝛpatres
† ſ nō vestros qđ dicitur ad psuadendum ꝛ ſ de seruitio
†nostros·z plebem ꝛexaltauit cuꝝ
† ſ seruientes in luto et latere ꝛ ſ potestate qua egiptios plagis multis ꝓcussit ſ christo qui ē brachium patris.
†essent incolę ī terra ęgipti·†z bra

chio excelso eduxit eos ex ea·z ꝓ
† ſ longā dei signat patientiā.
xl. †annoꝝum tempus moꝛes eoꝝ
† ſ grauitas corū ostenditur
†sustinuit in deserto. Et destruēs
† ſ vicia septē vel innumerabilia ꝛ ſ pacē designat et diuisionis equalitatē.
†gētes septē i terra chanaan·ꝛsoꝛ

te divisit †eis terram eoꝝ qua

si post quadringentos. z. l. annos

† ſ. i. post quadringētos annos et quinquagita et diuisionē terre
Et †post hęc dedit iudices vsq; ad

samuel ꝓphetam. Et exinde poꝛ
† ſ contra voluntatē dei ꝛ ſ cumulatur patientia dei.
†stulauerunt regem·ꝛz dedit illis
† ſ malū de nouissima tribu·qđ videte genus ē
saul filiuꝝ cis: †virum de tribu be
† ſ cū tēpoꝛe samuelis·sic enī ē ī chronicis·samuel et saul annis. xl.
niamin †annis. xl. Et amoto illo
† ſ ꝓpter humilitatē radicis et ꝓsone vel ui·figura christi suscitati ꝛ ſ cōtinua ostenditur patientia.
†suscitauit illis dauid regē: ꝛcui z
† ſ nisi ego quererē nulli appareret
testimonū ꝓhibens dixit. †Inue
† ſ parue stirpis ꝛ ſ hoc ꝓpter ipsū vel christum de dauid semine natū
ni dauid †filium iesse ꝛviruꝝ sedm
† ſ hoc christo maxime conuenit
coꝛ meuꝝ: qui ꝛfaciet omnes volū
† ſ ad hoc tendebāt predicta
tates meas. †Huiꝰ deus ex semi
† ſ nō subito sed post multas ꝓphetaruꝝ ꝓmissiones hoc factū ē. ſ istā. qui faciet omēs voluntates meas ſ de fructu vētris tui. p. s. s. t.
ne secundum †ꝓmissionem eduxit
† ſ trāslationē simul cū noie ponit·qz ihesus salvatoꝝ interꝓtatur ſ spūaliter ꝛ ſ non dante qđ christo seruabatur.
israel †saluatoꝝē ihesum: †prędicā
† ſ cuius autoꝛitas magna ꝛ ſ i modū luceme vnde parauī lucernā christo meo.
te †iohanne ꝛante faciē aduentus
† ſ remissionis qz ꝑ penitētiā peccatū remittitur
eius baptismuꝝ †pęnitentię omni

populo israel. Cum impleret autē
† ſ precursoris officiū ante faciē christi.
iohannes †cursum suum dicebat.
† ſ ecce que de eo ꝓphetata sunt ſ interrogādo·vel nō sum ego christus·quē me arb·esse ꝛ ſ esse ꝓpriū deitatis est.
†Quem me arbitramini ꝛesse non
† ſ quia eius precursoꝛ sum
sum ego· sed ecce venit †post me·
† ſ iohannes nō erat sponsus ille de quo tāquā sponsus ꝛc. calciamento. i. īcarnatione christi q̄ scz christū decuit non īdigens·alias nō dignus. ꝛ ſ misterū īcarnationis apire
cuius †non sum dignꝰ ꝛcalciamē
† ſ sermo suauis ꝛ ſ iudei scilicet.
ta peduꝝ soluere †Viri fratres·ꝛfi
† ſ iudei scz. ſ vel de gentibus potest accipi
lij generis abrahaꝝ·†z qui in vo
† ſ iudeis ꝛ ſ euangeliū vel christus verbum patris.
bis timent deum·† vobis ꝛverbū

huius salutis missuꝝ est. Qui enī

habitabant hierusalem z ꝓnci
† ſ ihesum ignoꝛantes esse saluatoꝛē.
pes eius †hunc ignoꝛantes·z vo

ces ꝓphetarū que per omne
† ſ quia iudices plebis erant ſ ihesum ꝛ ſ ꝓphetiam nescientes
sabbatum: legunt †iudicantes ꝛim

pleuerūt. Et nullam causam moꝛ
† ſ quāuis inquirerēt ꝛ ſ tolle·tolle·crucifige eum.
tis †inuenientes in eo: ꝛpetierunt
ſ ꝑ manus multū
a pilato vt interficerēt eum. Cun
† ſ ipse ī cruce dixit cōsummatū ē ꝛ ſ qz ꝑ eos oia facta·si manus inermus·ōs armatū ſ q̄ impleuerūt: vt dictū ē ꝛ ſ q̄ de passione ꝓphetata.
qđ †cōsummassent ꝛoia ꝛquę de eo

anni quadringēti. v. bis adde quadraginta annos in deserto·z v. ī terra chanaā·quibus pactis videt' terra quieuisse a pręlijs z sors fuisse missa sup eam·z ī uenies annos quadringētos quinquaginta.

Dedit iudices usq; ꝛc. Tempus iudicū trāsit ad ꝓbandam patientiā dei.

Annis. xl. B. Liber regum nō apte exponit·quot annis saul regnauerit·sed apl'us vulgo loqns. hoc qđ fama crebꝛioꝝ habebat dixit. Chronica vꝛo testant': q̄ samuel z saul annis. xl. israeli ꝑfuerunt.

Vobis. R. Judęis. Non veni nisi ad oues que pierunt domꝰ israel. Vel vobis qui estis dispsi·qz vt sequitur: habitatoꝛes hierusalē repulerūt illud.

Judicantes. R. Ihesum esse reū moꝛtis·vel iudicantes voces ꝓphetarū·i·nō credentes·qui eī detrahit fratri·detrahit legi: z iudicat legē. quāto magis christo detrahentes.

Hanc deus adi/
pleuit. B. In gr̃
co qñ hãc deus adim
pleuit filijs eor̃ nobis

In psalmo secũ/
do. Quidam codi
ces habẽt in primo. qđ
ita exponit. primũ & se
cundũ apud hebr̃eos
in vnũ psalmũ esse cõ
positos. quia & a beati
tudine incipiat & in ea/
dem finiat.

Filius meus ꝛc.
B. Non ẽ putãdũ
hoc exemplũ psalmi
ad resurrectionẽ chri/
sti (cuius prime memi
nit) ptinere. sed ad in
carnationẽ de qua su
pra locutus fuit. nam
sequens versus mani
feste testat de resurre/
ctione. cum eñ supra
de incarnatione. passio
nẽ. resurrectione ege/
rit. vtraq̃ testimonij
ꝓphẽtę astruit. qui er/
go inquit ẽternus es
ante ſcula filius: nũc
in tẽpore natus appa/
rebis.

Sancta dauid.
℟. Id ẽ. templum
sanctũ ex dauid semi/
ne natũ. i. corpus chri
sti resuscitatũ in icorru
ptionem.

Sancta dauid fi
ꝛc. B. Isaias noui
t. mysteria p̃rogãs
ait. pstituam vobis te
stamentũ ẽternũ. san/
cta dauid fidelia. In
hebr̃eo. Et feriam vo
biscuꝫ pactũ sempiter
nuꝫ. misericordias da
uid fidelis.

Non dabis ꝛc.
℟. Post resurre/
ctionẽ ñ moritur. mors
illi vltra nõ domina/
bitur. & ideo dicit san
cta fidelia. i. incorru/
pta & ẽternaliter per/
mansura.

Videte contem/
ptores. In gr̃eco
audite ꝓtemptores &
respicite & admirami
ni & dispgimini ab
assirijs & chaldeis. no
uissime a romanis. qr̃
op̃ opor̃ vtriusq̃ vi
dicte.

Non credetis si
quis ꝛc. ℟. Vel
ꝓpter vtriusq̃ vindi/
ctę magnitudinẽ non
credere dicunt. donec
ꝓplete fuerint.

Et colentium. ℟.
Melius legit colenti
um deum. sicut in gr̃e
co habet. Significat
autẽ eos: qui natura
gẽtiles erãt. sed religi
one iudei. gr̃ece voca
ti ꝓseliti.

Primum. ℟.
Primo filiam p̃nci/
pis curare venit ihe/
sus. sed mulier fluxuꝫ
sanguinis patiẽs p̃ce/
pit sanitatẽ.

Eternę uitę. ℟.
Non quia scirent vi/
tam ẽternam esse quã
respuebãt. sed ex suo
sensu & fide sua. locuti
sunt apostoli.

Sic enim ꝛc. ℟.
Prophetia p̃ceptum
imobile ẽ. nobis pri/
mum dicit. deinde in
fertur ꝓphẽtę testimo
nium ad psonã patris
loquẽtis ad filium.

Posui te. ℟. Nõ
ait posui vos. quia qđ
christo dicit. hoc ad
apostolos qui mẽbra
eius sunt ptinet.

B. Quod dictum
est. specialiter christo
hoc sibi dictũ esse ar/
bitrantur apostoli: qr̃
mẽbra ipsius sunt. si/
cut ꝓpter eiusdem cor
poris vnionẽ dictum
est. saule saule qđ me
perse. ꝛc.

Prędordinati.
Ordo ẽ. vt post labo/
res p̃sentes & mortifi/
cationẽ carnis vita se
quatur.

Religiosas muli
eres. ℟. Siue de
iudeis quę legis religi
onem seruabant. siue
de gentibus religionẽ
seruare incipiẽtes.

† Non iudei infideles. sed ioseph qui fuit iudeus genere. et propter eum iudei dicunt hoc fecisse
† deponi p̃mittẽtes propter sabbatũ. ne longius corpora in cruce remanerent contra legis p̃cep
tum.
scripta erant: † deponentes eũ de
† hoc de iudeis dicitur. propter ioseph. sicut et
p̃ius. vel quia iudei sepulcrum munierunt
† diuinitas sua que cũ patre et spũs. vna est.
ligno † posuerũt in monumẽto. † De
† secundum hominem.
us vero suscitauit † eum a mortuis
s. xl.
tercia die. q̃ visus ẽ per dies mul/
† notis et certis cognitoribus. † ad monta
na p̃xima hierusalem.
tos † his qui simul † ascenderãt cũ
† nõ eorũ successores
eo de galilea in hierusalem: † qui vs
sidonei
q̃ nunc sunt testes eius ad plebẽ
† et filius vestris † scz repromissionem.
Et nos † vobis annũciamus † eam
† q̃ suscitauit eum
que ad patres nostros † repmissio
† p̃phetiam qua dicitur genui te. vt infra.
facta est: quoniã † hanc de⁹ adim/
† ostendit hanc esse repromissionem.
plevit filijs nr̃is † resuscitans ihe/
sum. Sicut & i psalmo secũdo scri
† nõ seruus. vt ceteri † cõsubstantialis.
† hoc p̃prium deitatis † in diuinitate. vbi
nec heri nec cras † de virgine etenim illa natiui
ptũ ẽ: † Filius me⁹ † es tu: ego ho
tas est a deo.
die genui te. Quod autem resu/
scitauit eum a mortuis amplius
non reuersurum in corruptionem
† implebo. que dauid promisit. scz christũ de eo
nasciturum.
ita dixit: quia † dabo vobis san/
† s. i. christi qui verus dauid manu fortis.
† sine mendacio.
cta † dauid † fidelia. Ideoq̃ & alibi
s. corpus christi.
dicit: Non dabis sanctũ tuum vi
† putrefactõ † sed hoc predicta de christo
dere. et non de dauid
sunt † corruptionẽ. † Dauid em̃ in
† quartadecima generatione ab abraã † fe
cisset voluntatem dei. vnde supra. qui faciet om
nes voluntates meas
† sua generatione cũ † administras/
† vt nascentium. itaet morientium numero ap
positus.
set volũtati dei. dormiuit † & appo
s. exprimento
situs est ad patres suos: & vidit
s. vermium
corruptionem. Quem vero deus
suscitauit: non vidit corruptionẽ
† respondet ad id qđ dixerat. deus vero suscita
uit eum.
† Notum igit̃ sit vobis viri fratres
† sibesum saluatorem
quia † p hunc vobis remissio pec/
s. peccatis.
catoꝝ annunciatur: ab omnibus
† hoc dicitur. ne legi cõfidant † que fuit vir
tus et augmentum peccati.
quib⁹ † nõ potuistis † in lege moysi
† quia iustus ex fide est.
iustificari. In hoc omnis † qui cre
† ouum credens iustificatur † cõtingat vos
cõtemptores esse.
dit iustificaꝛ. † Videte ergo ne † sup
† in vno libro multorũ prophetarum.
ueniat vobis qđ dictum ẽ † in pro

† Cauete infideles † incarnationem christi
cui nõ credendo cõtemptores estis
phetis. † Videte ꝓtemptores & † ad/
miramini. & dispgimini. quia op⁹
operor ego in diebꝰ vestris: opus
† negãtes icarnationem verbi.
qđ non † credetis si quis enarraue
rit vobis. Exeuntibus autem illis
† impletur illud qđ dictum est. nõ credetis si
quis enarrauerit vobis.
rogabant vt sequenti sabbato † lo
querentur sibi verba hęc. Cumq̃
† ab apostolis. vel cum incipent ad domos re
dire.
† dimissa esset synagoga: secuti sunt
† nõ principes † deum. hoc de iudeis itel
ligendũ † qui estimantur gentiles fuisse. vel
iudei venientes de dispsione.
† multi iudeoꝝ & † colentiuꝫ † adue
narum paulum & barnabã. Qui
† vt non soluꝫ auditores sed factores essent tã
incipientes q̃ pfecti s. perseuerando
loquentes suadebãt eis: vt † pma/
† quã acceperãt. sed adhuc rudes erãt.
nerent † in gratia dei. Sequẽti ve/
† habitatores ciuitatis.
ro sabbato pene † vniuersa ciuitas
† secundum cõsuetudinem iudeorum.
conuenit † audire verbum dei. Videẽ
† cõuenire ad apostolos † non parum.
tes autẽ † turbas iudei † repleti sũt
† inuidie † inuidia veritati contradicit.
† zelo. & † cõtradicebant his que a
† qui contradicit veritati blasphemus est
paulo dicebant: † blasphemantes
† non timentes iudeorum principes
Tunc † ꝓstanter paulus & barna/
† ex zelo dei † scom illud non veni nisi ad
oues que pe. do. isr. † quia p̃missum
bas † dixerunt. vobis † oportebat
p̃imum loqui verbũ dei. sed qm̃
repellitis illud. & indignos vos iu
† vt sanetur emorrois mulier † transferuntur
montes in cor maris.
dicatis ẽternę vitę: † ecce conuerti
s. predixit.
mur ad gentes. Sic em̃ p̃cepit
† iam factus erat christi aduentus † post tene
bras pridie † in manifesto.
nobis dominus. † Posui te in † lu
† non in vna tantum. sicut p̃ius in gẽte iudeo
rum † que necessaria est contra peccati infir
mitatem.
men † gentibus: vt sis † in salutẽ vs
s. omnes terminos
q̃ ad extremum terrę. Audientes
† post tenebras de lumie. post languores de sa
nitate.
autẽ gentes. † gauisę sunt: & glorifi
† euangelium. vel christũ verbum patris confi
tebanꝰ. et gratias agebãt.
cabant † verbum domini. Et credi
s. a deo.
derunt quotquot erant p̃ordi/
† qua se indignos iudicauerunt iudei † qr̃
verum semen est.
nati ad † vitam ẽternã. † Dissemina
† reprobatis iudeis seminat̃ inter gentes. sed
tamen vtriusq̃ predicabat̃.
batur † autem verbum domini per
vniuersam regionẽ. Judei autem
cõcitauerunt religiosas mulieres

Excusso puluere ꝛc. Secundum ꝓceptum euãgelij excutit puluis: in testimoniũ ꝙ inanẽ fecerunt laborem.

Be. Puluis excutit in testimoniũ laboris sui: qui ingressi sũt ciuitatẽ illoꝝ ꝛ ꝓdicauerunt eis. vel excutit puluis · vt nihil accipiãt ab eis q̃ euangelium spnũt: nec etiã necessaria victui.

Ra. Quia in iudicio sic a christo eijcientur sicut puluis quẽ proiecit ventus. a. f. t. Si vero apl̃os reciperẽt pedes suos .i. sensus · a puluere .i. vicijs soluerent.

Discipuli quoq; B. Iudeis fidez p̃sequentibus: discipuli econtra spiritali gaudio ditantur.

C .XIIII.

Confugerunt. R. Fuga apostoloꝝ non plus fuit ex timore q̃ amore verbi dei.

Et uniuersam in circũ. regi. ꝛc. B. Quod in greco sequitur · deus autẽ pacẽ fecit · quidã latini codices minus habent. Et ibi euãgelizãtes erãt · sequit̃ greco: ꝛ ꝓmota ẽ omnis multitudo in doctrina eoꝝ. paulus autẽ ꝛ barnabas morabant̃ in listris. ꝛ bi etiã versus in q̃busdam nostris codicibꝫ nõ habent̃.

Claudus. B. Sicut claudus ille quem petrus ꝛ iohannes ad portam tẽpli curãt · ꝓfigurat iudeoꝝ salutẽ ita hic licaonius eger gentes a legis ꝛ tẽpli religione remotas · sed pauli ꝓdicatione collectas. Dextras iquit dederũt mihi ꝛ barnabe societatis · vt nos in gẽtes · ipsi aũt in circũcisionẽ · Sed ꝛ tẽpora expositioni ꝙueniũt q̃ ille primo fidei tempore cum nec dum gẽtibus verbum credere tur · hic ꝙo iudeis obpfidiaz repulsis ꝛ dãnationis puluere resp sis · inter noua ꝙuersę gẽtilitatis gaudia saluatur.

† Sprincipes primarios ·ſ· Santiochie alius de qua diximus.

ꝛ honestas ꝛ †primos ſciuitatis · ꝛ

excitauerunt pſecutionẽ in paulũ

† Sprumarii · quia nõ credebãt.

ꝛ barnabaz: ꝛ †eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pedum in eos venerunt iconiũ

† S. i. christiani vt supra dictũ ẽ ·ſ· Sgaudiũ ẽ de fructibus spiritussancti.

†Discipuli quoq; replebant̃ ·ſ· gaudio ꝛ spiritusancto.

C. .XIIII.

Factum est autem ·ſ· Sciuitas est ·ſ· Spaulus ꝛ barnabas.

rem †ychonij ·ſ· vt simul introirent synagogam iudeoꝝ: ꝛ loquerent̃. ita vt crederet iudeoꝝm

† Sgreci sunt gẽtiles · vel iudei dispersi

ꝛ greꝯ copiosa multitudo.

Qui vero increduli fuerũt iudei: suscitauerunt ꝛ ad iracundiã concitauerunt animas gentiũ aduer

† Squi credebãt

sus †fratres. Multo igit̃ tempore

† Sichonii ·ſ· Scũ fiducia predicãtes

†demorati sunt ·ſ· fiducialiter agen

† Sin signis et prodigiis

tes in domino · †testimonium phi

† Sbaptismi. in quo ꝓ spiritũ datur remissio ·

bente verbo †gratię suę · dante signa ꝛ ꝓdigia fieri per manus eoꝝ

Diuisa ẽ autem multitudo ciuitatis: Et quidã quidẽ erant cum iudeis · Quidã vero cum apostolis

Cum autem factus esset impetus

gentilium ꝛ iudeoꝝm cũ principi

Stormentis

bus suis · vt cõtumelijs afficerent

† Ssecundũ illud si vos pſecuti fuerunt in vna e · fin · a ·

ꝛ lapidarent eos · intelligẽtes †cõ

† Sregionis ·ſ· Soue ciuitates sunt.

fugerunt ad ciuitatem †licaonię ·ſ· lystram ꝛ derben · ꝛ vniuersaz in circuitu regionẽ: ꝛ ibi †euangelizãtes erant. Et quidam vir listris in

† Squia nec stare nec ambulare poterat.

firmus pedibus †sedebat claudus

† Smaior virtus in sanatione illius · qui ab vtero claudus nunquã ambulauerat

†ex vtero matris suę · qui nunquã ambulauerat: hic audiuit paulus

† Sspiritusancto monstrãte · vel signis infirmitatis et fidei apparentibus

loquentẽ. †Qui intuitus eum · ꝛ vi

† Stanta erat fides vt p eam saluari posset. vel hoc credidit vt saluus fieret.

dens quia haberet †fidem vt saluꝫ

† Squi huc vsqz sedisti Sin nomie domini Sbonus seruus dominum glorificat.

fieret · dixit magna voce: †Surge

† Snõ vt ante alienos ·ſ· Svelocitas ostenditur sanitatis Svt saliet sicut ceruus claudus.

sup pedes †tuos rectus. Et †exili

† Sconsuetudine diuturna · ne ad horam tantum exiuisse putetur ·ſ· Squarũ sensus turbatus.

uit: †ꝛ ambulabat. ·ſ· Turbę autem cum vidissent qđ fecerat paulus:

leuauerũt vocem suã licaonicę di

† Shoc dicunt ex traditione gentiliũ · inter quos diu in diuersis formis sepe apparuisse referuntur Sstultus erroꝝ gentilium qui omne qđ supra se vident deos esse putant.

centes: †Dij similes facti hominibus descenderunt ad nos. Et vo

† Squi prior esse videbat̃ ·ſ· Sdeoꝝ patrẽ et hominem regem ·ſ· Squi erat dux verbi.

cabant †barnabã ·ſ· iouem ·ſ· pauluz

† Ssermo vel eloquẽtia interpretat̃.

vero †mercuriũ: quoniaz ipse erat dux verbi. Sacerdos quoq; io

† Slustris ·ſ· Sad immolandum.

uis qui erat ante †ciuitatẽ · ·ſ· tauros

† Sad ornandũ caput dei · aut aliquo religionis modo nobis ignoto obtulit.

ꝛ †coronas ante ianuas afferens

† Sbarnabe quasi ioui.

cum populis volebat †sacrificare

† Scilicet qđ vellẽt sacrificare Snõ morant̃ nec patienter ferũt iniuriã dei · honorẽ sibi deferri.

†Quod ·ſ· vbi audierunt apostoli

† Ssignũ magni doloris.

barnabas ꝛ paulus †conscissis tu

Scõmoti aio

nicis suis exilierũt in turbas · clamantes · ꝛ dicentes: viri quid hęc

† Smortalibus.

facitis? ꝛ nos mortales sumus †si

Snon dii.

miles vobis homines · annunciã

† Sioue mercurio et ceteris dijs ·ſ· Squia auersi estis.

tes vobis ab his †vanis ·ſ· cõuerti

† Snõ mortalẽ vt nos et dii vestri S nomie celi terre maris omnes creaturas cõprehendit

ad †deum viuum: qui †fecit cęlum ꝛ terram · mare · ꝛ omia quę in eis sunt: qui in prẽteritis generationibus

† Sliberati arbitrii

†dimisit omnes gentes ingre

† Snõ viam · propter errorũ diuersitatẽ ·ſ· S nõ dei ·ſ· Sed p creaturas et beneficia se deũ testatus est.

di in †vias ·ſ· suas. ·ſ· Et quidez non

† Snõ ex toto reliquit · sed benefaciens ꝛc.

sine testimonio semetipsum †relinquit benefaciẽs · de cęlo dans pluuias ꝛ tẽpora fructifera · †implẽs

† Sventri et voluptati carnis satisfaciẽs.

cibo ꝛ lętitia coꝛda vestra. Et hęc

† Sad ostensionẽ infirmitatis sue.

†dicentes vix se dauerunt turbas ne sibi immolarent. Supuenerũt

aũt quidam ab antiochia ꝛ ychonio

Sin occasionẽ pauli

† Sut abominabilem.

iudei · ꝛ persuasis turbis lapidantes ꝙ paulum traxerunt †extra

Dixit magna uoce ꝛc. B. In greco dixit magna voce Tibi dico in noie domini nostri ihesu christi surge sup pedes tuos rectus.

Leuauerunt. R. In quo notat̃ petulãtia. Vel altior erat sẽtentia q̃ sua lingua barbara ꝛ vnius dei ignara.

Mercurium. B Qui eloquẽs ꝛ litteratus fuisse tradit̃ · ꝛ linguam ꝛ eloquium hominibus ꝓstare putat vnde mercuriũ: quasi medio currentẽ. i. inter aures ꝛ linguas latini vocãt · greci vero hermen. i. interpretem

Coronas. R. Vt faciez tẽpli iuxta ritum gentiũ ornaret: vel eis quasi dijs ĩmolaturus imponeret.

B. Mos erat gentilium · vt deoꝝ suoꝝ honori sacrificãtes sumerent coronas · victimis simul coronatis.

Conscissis. B. Pauentes scindunt vestimẽta · quia deoꝝ cultu honorant̃. Hoc faciebãt iudei quotiens aliquid blasphemum ꝓra deũ audiebãt. Herodes qui nõ dedit honorez deo · ꝑ acquieuit ĩmoderato fauori populi. ab angelo ꝓcussus ẽ.

Implẽs cibo ꝛc. Ra. De carnalibꝫ loquit̃ · quia lętitia de cibis · ꝛ vino qđ letificat coꝛ hominis.

Superuenerũt aũt ꝛc. B. In greco sic incipit hęc narratio · Demorantibꝫ eis ꝛ docentibus · supuenerũt quidam ꝛc.

Traxerunt. R. Ad lapidandum sicut cadauer · de hoc ipse ad coꝛinthios semel lapidatus sum.

Surgēs ⁊c. profectus ē i derben B. Prius antici pando dixerat fugerat ad ciuitates licaonię listris ⁊ derben ⁊ postea per partes narrauit primo qđ factū ē in listris modo qđ i derben.

Ut permanerēt. R. Contra multas tribulatōes quia multitudo tribulationuz fidei posit pseuerātiā

Quonia per m. tri. R. Labor premittit. de hinc regni troitus p̄dicat. quia spes p̄miȝ solatium ē laboris.

Ra. Quāuis tribulationum difficilis sit via appetēdū ē tamē regnū celoȝ quo itur ad vitaȝ. hanc exhortationē sic ꝓcludunt quasi incertū habētes vtrū ad eos amplius sint reuersuri. Et hoc ē: cū pstituissent. i. ordinassent pro se qui erāt migraturi. Illo autē tēpore eiusdē nominis erant episcopi ⁊ presbiteri.

C. XV.

Seditione. A paulo ⁊ barnaba cōtra illos qui hęc dicebant.

Statuerunt. R. Scilicet illi qui descēderant de iudea ⁊ fratres quos docebant circūcidi ⁊ etiam ipsi apostoli.

Ut ascenderent. B. De hac ascēsione sua: paulus scribit ad galathas. deinde post annos. xiiij. ascendi hierosolimā cū barnaba assumpto ⁊ tito ⁊ ptuli cū eis euāgelium: qđ prędico in gētibus. vbi numer⁹ annorū quē posuit recēsendus ē. Petrus ⁊ paulus post passionē domini anno. xxx. i. vltimo neronis passi sunt martiriū. petrus rome. xxv. annis in cathedra episcopali sedit. Sed. xxv. ⁊. xiiij. xxxix. faciūt ergo ⁊ petrus codē. xiij. anno post passionē domini quo ęuȝ hierosolimis alloquit paulus. i. q̄r to claudij cesaris. romam venisse credit. si

ciuitatem estimantes mortuum es
† Sne videret a iudeis. et sic cū defēdere volebāt
se. †Circūdantibus aūt eum discipulis. surgens intrauit ciuitateȝ:
⁊ postera die pfectus est cum barnaba in derben. Cumq̄ euangeli
† Sverbum dei
zasset ciuitati illi. ⁊ docuisset †mul
† Sq̄ quia nō omnes recipiebāt
tos. †reuersi sunt listram ⁊ ychoni
† Sq̄ eadem vestigia per que venerāt.
um ⁊ anthiochiam † cōfirmantes
† Sexortantes pro eis dominū. vel ipsos discipulos exhortātes vt pmanerent.
animas discipuloȝ †exhortātesq̄
† Sq̄ fratribus
vt pmanerent in fide. ⁊ quoniam
per multas tribulatōnes oportet
nos intrare in regnū celoȝ. Et cū
cōstituissent illis per singulas ec
† Sq̄ spiritu sancto dicēti. separatē mihi paul. ⁊c.
clesias presbiteros. ⁊ orassent cū
† Sq̄ discipulis
† Scū discipulis ieunātibus. vnde manifestū est et ipsos ieunasse
† Soratione vt fortiores eēnt
†ieiunationibus: †cōmendauerūt
† Sdiscipuli.
eos domino in quem crediderūt.
† Sregionē in qua erat alia antiochia.
Transeuntes † psidiam venerunt
† Sregionē in qua erat ciuitas pgen
†in paniphiliam: ⁊ loquentes do
† Sciuitatē vt plures dicunt.
mini verbum in pergen. descende
runt in †atthaliam. ⁊ inde nauiga
† Sillā priorē ex qua exiuerāt. segregati a spiritu in opus euangelii.
uerunt †anthiochiam: vnde erant
† Sa fratribus
† Sspiritusancto dicēti. separatē mihi paul. ⁊c.
†traditi †gratię dei in opus quod
† Santiochiam.
ꝓpleuerunt. Cum autez venissent
† Sassignauerūt fructū sui laboris.
⁊ congregassent ecclesiaz. †retulerūt
† Sin doctrina et signis
† Scoopatus ē obedię tie illorū.
quanta †fecisset deus † cum illis:
† Schristū vel fidē que ē hostium.
quia aperuisset gentibus †hostiū
fidei.

C. XV.

Orati sūt au

tem tēpus non modicū
† Sin antiochia
† Sde iudeis christiani quidē sed adhuc iudaizantes
† Sad lit. scōm situ loci vel paruitatē sensus
cum †discipulis. ⁊ † quidam † descē
† Sad literā
† Svera confessione
† Sde gētibus credentes.
dentes †de iudea docebāt †fratres

quia nisi circūcidamini secundum
† Snon sufficit sola spiritalis circūcisio et fides christi.
morem moysi: †non potestis salui
† Sa iudeis.
fieri. Facta autē seditione non mi

† Scōtra paulū † Scontra barnabā.
nima †paulo ⁊ †barnabę aduersus
† Sfitu loci. vel altitudine sensus.
illos statuerūt vt †ascenderēt pau
† Sex vtrisq̄ dissentientibus.
lus ⁊ barnabas †⁊ quidam alij ex
† Setate vel gradu.
alijs ad apostolos ⁊ †presbiteros
† Svtrū credendū esset de gentibus
in hierusalem † sup hac quęstione.
† Squi statuerūt vt ascenderēt † Sin principiū ituneris † Santiochie quā dixit esse cōgregatā
† Illi ergo † deducti ab † ecclesia p
transibant phęnicem. ⁊ samariam
narrantes cōuersationē gentium:
† Scharitas cōgaudet veritati.
⁊ faciebant †gaudium magnū om
nibus fratribus. Cum autem ve
nissent hierosolimam. suscepti sūt
ab ecclesia ⁊ ab apostolis ⁊ senio
ribus: annunciantes quāta deus
† Scorpe. vel incōtinentia animi
fecisset cū illis. †Surrexerunt au
† Squi prius pharisei. modo in christū credebāt
tem quidā † de hęresi phariseorum
† Sin christum
qui † crediderunt dicentes: quia
† Soportet vos o iudices † Sgentiles credētes
oportet circuncidi † eos. † precipue
† Sad videndū vtriusq̄ ptis sententiā post eorū annunciationem.
quoq̄ seruare legez moysi. † Con
ueneruntq̄ apostoli ⁊ seniores iu
† Svtriusq̄ ptis questio inter iudices.
deę de verbo hoc. Cum autē †ma
† Ssurgere frequēter dicit. et pre omibus qua si princeps loquit
gna cōquisitio fieret. †surgens pe
trus dixit: Viri fratres vos scitis
